



1893

HERBARIVM

VIVAE EICONES
 ad naturę imitationem, summa cum
 diligentia et artificio effigiatę,
 unã cum EFFECTIVIS
 CTIVS earundem, in gratiam veteris illius,
 & iamiam renascentis
 Herbarię Medicinę,
 PER OTH. BRVNF.
 recens editę. M. D. XXX.


¶ Quibus adiecta ad calcem,
 APPENDIX isagogica de usu & administratione SIMPLICIVM.
 Item Index Contentorũ singulorum,
 Argentorati apud Ioannem Schottũ, cum
 Cæs. Maiest. Priuilegio ad Sexennium.



Inuentũ Medicina meũ
 est, opiferęq; p orbem
 Dicor & Herbarũ sub
 iecta potentia nobis.



ιατρος ανηρ, πολλων
 ανταξιος αλλων.
 ουκ εστ' υγιας κριτης
 ουδ'ετ' εν βια.



Inclytæ urbis ARGENT. prudentissimo Se-
natui, OTTHO BRUNFEL-
SIVS S. D.

QVIDE MAGISTRATIBVS COLENDIS bene fenserunt, non id tantum censuerunt, honore primores uiros excipere, caput scilicet aperire, flectere genu, & quemadmodum pueri lunonis auem admirantur, laudibus subinde in cœlum ferre, idq; adeo titularibus præstigijs illis, tragicis & ampullosis, sed magis laudem illis tribuere iusticiæ & prudentiæ, de illis ex animo bene & sentire & mereri, illorū iudicia nostris anteferre, planeq; tanq; Deos suspicere, & sum̄um illum huius mundi κοσμίτωρα in eis admirari & colere. Succinunt ad id multis locis diuina oracula, dum Deos faciunt, dum uetant eis maledicendū, dum Decimas subinde decernunt, & rerum primitias, postremo & gladij ius tribuunt. Atq; haud scio, an huc respexerint, qui aut ueteres autores in lucem acturi, aut ingeniorum suorum specimen aliquod posteris edituri, frequenter, aut maximis Principibus, aut summis Magistratibus lucubrationes inscripserunt suas: uidelicet, quo non tam ab inuidia publica, & maledictorum hominum pestilentibus linguis essent tutiores, q̄ ut ipsi quoq; de maioribus suis bene mererentur: rati, non ultimā, iuxta Poetæ sententiā, esse laudem, Principibus placuisse uiris. Nec alio sane animo ego Hortos meos, celsitud. uestris nuncupauī, clarissimi atq; amplissimi uiri, q̄ ut beneuolentiam apud celsitud. uestras mihi pararem, palamq; facerem, in re non adeo fortasse magna, animum erga rempub. uestram, quid in arduis ac serijs uestri causa obiturus sim, si uires & facultates permitterent. Proinde, ne ab consuetudine illa laudata ueterum scriptorum discederem: quam si contemnerem, profectio aut confidens, aut animi superciliosi iudicari queam. Ut enim SOL diei decor est, LVNA inter nocturna astra micat, uniones ac gemmę añulos ac preciosas uestes exornant: ita clarissimorum uirorum imagines, & splendidissima nomina, a librorum uestibulis, quasi lucem quandam & autoritatē addunt opusculis. Merentur hoc primum multis nominibus celsitud. uestræ, tum ob singularem prudentiam, iusticiam, æquitatem, magnificentiam, liberalitatem, benignitatem, pietatemq; qua in omnes homines clementes estis, omnibusq; æquo bene uultis, tum ob optima studia & bonas literas: quas cum in uestra urbe munificentissime instituisstis, idq; adeo in omni disciplinarum genere, ut nullis hodie totius Germaniæ gymnasijs, scholasterium uestrū inferius habeatur: nullis alijs sane debebantur primitiæ nostræ, q̄ talibus, tantisq; syderibus nostris, columinibus, anchoris. Decuit idem & gratitudinem meā in rempub. uestram, ingratus ne essem, pro qua etiam mortem mihi oppetendam cēseo. Aluit hæc me, tuto atq; honeste ad hanc ætatem perduxit, muniuit meas rationes bonis legibus, optimis morib, honestissimis disciplinis. Quid est quod

D. Iacobus
Sturmius.
D. Nicolaus
Knyebfius.
D. Iacobus
Meyer.

De ratione
operis.

Nihil nouum
sub sole.

uicissim a me persolui non deceat, unde hæc accepta mihi sunt: Et ut de ampliss. ordinis uestri, etiam priuatis personis attingam, merebantur hoc imprimis antistites nostri D. Iacobus Sturmius ille, & ueteribus imaginibus, insignicq; eloquentia, & multarum literarum eruditione nobilis, D. Nicolaus Knyebfius, & D. Iacobus Meyerus, uiri longe spectatissimi: q̄s cum consulari prudentia, cuncq; insigni pietate, et ipsos Camcenæ ornant suæ, quibus si pensum operæ nostræ subsecundariæ non reddidissetus, ingrati essemus: si alienis fœneraremur, etiam iniqui. Eam itaq; meam, quantulamcuncq; munificentiam, deq; pauperi suppellectili *ἀόρι πὺ ὀλίγην*. lætis, oro auspicijs, adsumite, nec rei solum quæ datur, uel usum, uel inopiam, sed alacrem magis dantis uoluntatem, respicite. Memores illius Artaxerxis Imperatoris, cui cum omnis generis munuscula illi offerrent ex uulgaria plebe, dicere solitus fertur. Esse animi præcelsi, ac prorsum regij, donaria, uel ab infimæ fortunæ hominibus collata, non adspernari, uerum erugata, & renidenti potius fronte excipienda. De inuidia profli-genda, quod alij multis a librorum frontispicijs agunt, abunde mihi satisfactum erit, si celsitud. uestris bonam operam me collocasse intellexe-ro. Dicamq; & illud Horatij. Non ego uentosæ plebis suffragia uenor. Riserunt & sua secula Meöniden, Raraq; coronato plausere theatra Me-nandro. Cæterum de Hærbarij nostri ratione, hoc uelut in compendio habetote. Primum nihil aliud nos spectasse, in toto hoc opere, q̄ ut pu-blico omnium bono, Hærbariæ iamiam collapsæ, porrigeremus subsi-diaras manus, eamq; prope extinctam, in lucem reuocaremus. Quod, quia nō alia ratione fieri posse, animaduertimus, q̄ abolitis prioribus ac ueteribus Hærbarijs, atq; de nouo uiuis & acupictis imaginibus, editis. Deinde solidis ac firmis descriptionibus, ex priscis & authenticis autori-bus prolatis, utrunq; tentauimus, atq; curauimus: q̄ feliciter, qualicq; cum gratia, v. cels. iudicium esto, certe cum magna molestia. Nam quan-ta nobis legenda fuerint, quot autores euoluendi, quāta ab Hærbarijs ex-plorāda, ab Seplasiarijs & agyrtis dolo & technis extorquēda, & res indi-cat ipsa, et aīaduertent facilius, qui similem aliquādo operā post nos sunt nauaturi. Quo magis uenia dignos nos existimamus, si in re tam seria, tamq; ex omni usu & cognitiōe obsoleta, non protinus ipsissimū ipsum, quod dicitur, scopū attigerimus. Cesso enumerare, in quas syrtes, in quas Symplegadas interdum inciderimus, ac longe densissimas tenebras, non nunq; impegimus etiam. Nam id quælibet a fronte præ se feret hærba, quanto nobis negocio constiterit. Vnde nomen etiam cōmentarijs Rha-psodiæ indidimus: quod id genus scribendi, non solum sine inuidia erat, uerū cum maiori etiam fructu. Videbatur enim consultius, unicuiq; red-dere quod suum erat, q̄ nostra ambitiose commēta uenditare. ne si repe-titum uenerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum, furtiuus nudata coloribus: cum potuissetus fortasse, ut Georgius Valla, & post hunc omnes Neotherici (adeo ab ea impostura neminem excipio) uer-

tendo stylum, aliorum opes nostras facere. In his autorum placitis, nulli
us etiã reiecimus sensa: memores illius, quod nullus liber tam malus est,
quin emolumentum aliquid conferat. Singulis suũ honorem dedimus, uel
barbarissimis etiam. Ne autorem quoq; Pandectarum, & Genuensem il
lum Simonem posthabuimus, autores ut corruptissimos, infantissimos
q; ita instructos pulchre ad perniciem, si quis non attente et cum iudicio
legat. De quibus tamen ingenue fatemur, interdũ magnopere quoq; nos
adiuuatos, & uel ad hoc contulisse, ut facilius neuos & menda deprehen
deremus. Hermolai quoq; Barbari Corollaria & annotationes passim
adiecimus: quod ex his solis hodie Hærbarum cognitiõem existimemus
petendam. Interdum ubi res poscebat, & controuersia de herba aliqua fu
erat, duos fortissimos pugiles induximus, Daretem unũ, Entellum alter
um, Nicolaum Leonicensem, & Pandolphũ Collinutium, alterum sum
mum ac primum hac nostra tempestate medicum, alterum eloquentissi
mum iureconsultũ, sed qui ita tamen in hærbis uersatus sit, ut multis pa
rasangis, quod dicitur, totum hodie medicorum uulgus post se relique
rit, mutuis sese ictibus collidẽtes, uelutiq; in duello & arena pugnãtes,
cõmisimus. In qua Tragedia, spectatores interdum sumus & admirato
res, atq; nunc huius, nunc illius partibus gratulamur: in plerisq; litem i
psi dirimimus, in multis conuiuemus. Maluimus enim quẽdam indiscuf
sa, & aliorum arbitrijs relinquere, q̃ temere pronunciare de ea re, de qua
tot doctissimi uiri addubitarent. Quanc̃q; alicubi confidenter etiam no
stra proferimus: quibus tantum uolumus esse robur, donec alius firmio
ra attulerit, id quod nusq; non alias etiam testamur. Autores non minus
quadraginta citamus, ex quibus Centones hosce cõsuimus. Nec hos pas
sim, neq; ubilibet, sed ubi res ita postulabat. Vbi similia omnes dicebãt,
potiores delegimus: ubi contraria, iuxta posuimus, ut in aperto esset pu
gnantia. Aetium, Oribasium, & Paulum tametsi autores alioqui opti
mos, tamen rarius citauimus, quod hos græce desyderauimus, & latinæ
tralationes malæ fidei erant. Idem & cum Galeni simplicibus fecimus, ex
ueteri tralatione. In quibus tamen conquirendis nunc toti sumus, nec se
cundo huius operis Tomo coronidem addituri, nisi ex his græcis fonti
bus, aut si id non successerit, alteri demandaturi eam prouinciam. In his
igitur omnibus, si quid digne a nobis sudatum est, totum uobis debetur
Mæcenatibus, totumq; uestris celsitud. acceptum fero, studiorum no
strorum alumnis: nec longiora nobis uiuẽdi spacia optamus, q̃ quo pu
blicis huiuscemodi munijs, stipendijsq; illis literarijs obeũdis, idonei fu
erimus, & de celsitud. uestris, deq; uestra repub. publicæ & priuatæ be
nemereri. Ex libera Argentina Nonis Martij, Anno redempti orbis

M. D. XXX.

CAVTORES quorum testimonijs in hoc opere
usu sumus.

Hippocrates.
Theophrastus
M. Varro.
Plinius
Plutarchus.
Apuleius.
Psellus,
Vergillius.
Cornelius Celsus.
C. Galenus.
Oribasius.
Auicenna.
Serapion.
Auerröis.
Cassius felix.
Aggregator herbarum.
Io. Manardus.
M. Vergilius.
Georgius Valla.
Nicolaus perottus.
Baptista ferrar.
Philippus Beroaldus.
Strabus Gallus.
Hieronymus hærbarius.

Aristoteles.
M. Cato.
L. Columella.
Dioscorides.
Palladius.
Aemilius Macer.
Polybius.
Hesiodus.
Q. Serenus
Paulus.
Aetius.
Io. Messue.
Razes.
Constantinus.
Platearius.
Nicolaus Leonicensus.
Pandulphus Collinutius.
Hermolaus Barbarus.
Platina.
Baptista pius.
Iacobus constantinus fauen.
N. Pomponius.
Ioannes Vigonius.

ἄδιλον

πολυκαριῖς, πολυπλανῖς, πολυχίσις,
πολύποδις, πολυρίζους ἢ ὄν ρίζα.
γενναῖος, ἰσχυρῖς, ὄρθους, παχυῖς, πρίμνος,
ἰσχυλλοῦς, ἰσχυμόνος, δασυῖς, βαθυῖς, κλάδους,
φλεβώδης, κοιλώδης, πολυπύχνα φύλλα,
πολυμορφον, πολυμεδῖς, πολυγῆθης,
ἰσχυρῖς, ἰσχυρῖς, ἰσχυρῖς, ἰσχυρῖς, ἰσχυρῖς,
διὸν θαυμάζειν ἔς, ἀντάρ διὸν μάλλον
πολυῖδριν τεκτῖναντος θεοῦ χεῖρα.



IOANN. S A P I D V S L e c t o r i S .

¶ Qui cupis ingenitas Herbarum noscere vires,
Scireque diuersis nomina nota plagis,
Quæque sit unius facies cuiusque doceri,
Hoc lecto uoti codice compos eris.
Nulla quidem retro uiderunt sæcula tradi
Id scripti tanta commoditate genus.
Quando Ottho uelut in quendã Brunfelsius hortum,
Huc culta ex uario semina rure tulit.
Quorum uim, pariterq; docet medicaminis usum,
Tam bene, ut haud melius facta pericla queant,
Sic rerum præcepta modo breuitate coarctat,
Ne sint inuisæ prodiga uerba moræ.
Rursum ambage modo licita sermonis abundat,
Ne careat sensu dictio parca suo.
Nunc & Ióannes pictor Guidicius ille
Clarus Apelleo non minus ingenio,
Reddidit adfabras acri sic arte figuras,
Ut non nemo Herbas dixerit esse meras.
Quantus Ióannis SCHOTTI sumptusq; laborq;
Et studium, & fuerit cura, uidere licet,
Dum, calamis æreis, inuento frētus Auito,
Hoc magna dignum laude parauit opus.
Ergo age te, quisquis medico uersaris in Albo,
Hoc operæ precium est nolle carere libro.





O T H O N I S B R V N N F E L
S I I D E V T I L I T A T E
& præstantia Herbarum, &
simplicis Medicinæ

P R A E F A T I O .



A L E X A N D E R
Philippi deuicto in Ar-
bellis Dario, a satrapis
suis compendium scisci-
tatus, qua ex Persia in

Aegyptum iretur tuto, Mercator quidam, ho-
mo quidem multarū rerum peritus, sed obscu-
rior, Sidonius natione, illi allatus est (nomen
Lucianus historiae author, non meminit) Ego,
Rex, inquit ille, uiam haud longe ex Persis in
Aegyptū me tibi ostensurum polliceor. Etenim
si quis montana hæc superauerit (transgredie-
tur autem triduo) confestim in Aegypto erit. Et
fane ita res habebat. Verū Alexander locorum
imperitus, & mercatorem impostorem ratus,
boni uiri salubre consiliū pertinaciter asperna-
batur: nimirum cæco illo amore sui demētatus.
Id uitiū Plato quondam malorum omnium fon-
tem existimauit. Necq; iniuria, mea quidem sen-
tentia. Facit enim interdū personæ uel exilitas,
uel contēptus, deinde φιλαυτία illa, qua nemo non
sibi placet ipsi, ut quātumuis etiam sana & recta
consilia non admittamus, amplectamur uero
quæ pessima sunt. *Erasmus ad Br.*

Vereor itaq; ne quod Mercatori cum Ale-
xandro, idem mihi cum Seplasiarijs, Agyrtis,
& Pharmacopolis eueniat: uidelicet, si ego Me-
thodum aliquā præmonstrauero, qua non mo-

Cdo præsentius, uerum minori quoque ualitudinis cum dispendio, adeoque impensis etiã exilioribus, morbis consulatur, solis inquã simplicibus, & herbis, illi me suspicentur nescio quid monstri alere, et eorum *μιμημένα ἄλλοι φάρμακα*, amuletaque, & *ἀντιβαλλόμενα* damnaturũ. Ita enim fere fit, *ὡς πᾶσ ὑπάιτιον ἔν ἑαυτοῦ περὶ πάντα ἑφαρᾶται*, degeneresque animos, ut inquit Poëta, timor arguit.

Atqui nihil tale molior, ita me omnes Musæ bene ament: perque illud sacrosanctũ iusiurandum Hippocratis, neque alienius unquam crimen aliquod a me fuit. Sed ne tanti quoque me facio, qui tot doctissimorum Medicorum placita, compositionesque magistras subuertere queam: nec si queam, debeam. Sed quando Herbariũ librum molimur, semelque id in animũ induximus, Herbas rursus in usum & cognitionẽ reuocare: ne tanquam Megarensium, tam nulla earũdem ratio haberetur, antequam ad has quidem explicandas pergeremus, obiter saltem, quantas haberent illæ utilitates, quæque comendatæ ueteribus olim seculi hominibus fuerint, nouitijs Medicinæ candidatis ostendere placuit: id quod & faciemus pro uirili, si tã prius id ab myropolis impetrauerimus, ut omnẽ ipsi de nobis malignam suspicionem amoliantur. Et ut ipsi quoque Compositiones suas magnificiunt, ornantque subinde magnis titulis, obauratis, & picturatis: ita Herbis & Simplicibus, ne suam etiã gloriam inuideant: & si quidem consentanea dixerimus, salubribus monitis bene obtemperent, de stomachari in nos desinant. Sin uero *τὰ ὀυδὴν πρὸς ἑπὸς*, uicissim nos admoneant, nostra melioribus argumentis confutent. quod erit nobis tam gratum, ut omnium maxime: tantum abest, ut nouatores uelimus haberi, uel alicuius mercem damnare, quã non antea uel æquitas ipsa, uel ipsa se, & primi illi artis summates non reprobauerint atque damnauerint. Quod si acerbius etiam quædam dixerimus, bonos omnes obtestamur, in malos dictum accipiant, non in suam contumeliam: meminerintque, multos esse subinde, qui sub eo quaestu etiam orbi imponunt, multaque hominum milia nedum compilant, uerum conficiunt etiam, atque interimunt.

Ne id quoque uelim expectet a me aliquis, quod uniuersas Herbarum utilitates adscripturus sim, id enim operosum foret, & negotij infiniti: & quod si contendam, non aliud plane molirer, quam longam Iliados fabulam post Homerum. Cæterum quando hodie meras imposturas faciunt myropolæ quidam (de malis loquor) horum fucos tantũ detegemus: ut in ordinem cogantur tandem illi, quod boni omnes optabunt mecum, Præstigiatoribus & impostoribus, etiamsi displiceant nostra, tamẽ pro ueritate audendum est. Et quaeso audiant me illi paulisper uel hallucinantem: mox etiam intelligent, uel holitorem opportuna dixisse.

Multã olim Herbis laudem apud Veteres fuisse, tametsi multis subinde demonstrari atque conuinci queat, tamen id non postremũ est, quod Dijs etiam inuentoribus sunt adsignatæ. Sic enim laudatissimam herbam Moly, Mercurio tribuit Homerus, diuina quadã clementia mortalibus demonstratam, *Odyss. **

Dij Herbarum demonstratores.

ρίζα μὲν μελάν ἔσκει γάλακτος δ' ἕικελον ἀνθ^ο
 μῶλον δ' μιν καλίουσι θεοὶ ἀνδράσι γὰρ θνητοῖσι
 θεοὶ δ' πάντα δύνανται.

Quam & Vlyssi adsignauit aduersus illectamenta Circes. Nascitur illud (ut inquit Plinius) circa Phenæū, & in Cyllene Arcadiæ, specie illa Homerica, radice rotunda, nigraç, magnitudine cepæ, folio Scyllæ, difficilicç fossu.

Deinde sancta illa Panace, ipso nomine omnium morborum remedia promittens: & ipsa quoç Dijs inuentoribus adscribitur, nimirum Chironi, Herculi, atç Aesculapio.

Herculi quoç uindicatur quæ Apollinaris, apud Arabas Altercum, siue Altercamgenum, apud Græcos uero ὑοσπνύαμ^ο appellatur. Vt illud quoç Heracion Siderion, oīa uulnera ferro illata, efficacissime sanans.

Mercurialis herbæ qui primus author fuerit, uel nomē ipsum indicat, quod usç hodie retinet. Achilleon & ipsa quoç notissima herba est. At illam demonstrauit primus Achilles, non ille quidem in bello Troiano, ut opinor, sed discipulus Chironis, uulnerariā herbam. Quæ ob id Achillis uocatur. Hac sanasse Telephum dicitur.

Facit ad id, quod in hanc usç diem, hsdem adhuc nominibus appellamus, scilicet Labrum Veneris, Barbam Iouis, sanguinem Herculis, herbam solarem, Lunariam. Qua superstitione factum, ut & apud Christianos in eam æstimationē uenerint herbæ, ut Diuis inscriberentur: uidelicet. D. Iacobo, Petro, Ioanni, Magdalenæ, Mariæ. Sic enim hodie quædam uocant. Cardum Mariæ, herbam S. Petri, herbam S. Iacobi, herbam S. Christophori, & sexcenta huiusmodi. Non ob aliam rationem, ç quod diuinum aliquid habere in se, uel ab magnis uiris demonstratæ, uulgo creditæ sunt.

Arborum quoç genera fuisse numinibus suis dicata, ut Ioui Esculū, Apollini Laurū, Mineruæ Oleam, Vitem Iacho, Veneri Myrtum, Herculi Populum, Pani Arcadiæ Deo Lilia, non tam Poëtarum libri, ç herbarum quoç scriptores testantur. Verū cum hæc pueri etiam in phrontisterijs legant, in re tam protrita ac manifestaria, obiter saltem meminisse, ne ignorasse uideamur, satis superç fuerit.

Venio ad inuentores Herbarum, qui nihilominus clari quoç homines fuere: quippe, aut Reges, aut Regina, aut certe quidem alterius cuiusdam conditionis eminentioris. Sic Gencius quidam Rex Illyriorum fuit. Fertur ille etiam inter media arma tam studiosus fuisse Herbarum cognitioni, ut Gencianç uires primus deprehenderit, atç monstrauerit. Haud dubium, multo maiorem inde gloriam se consecuturum sperans, ç si centū urbes subegisset, quanto etiam honestius est, tot homines seruare ab infirmitatibus noxijs, id quod apprime præstat radix illa, passim etiam nota mulomedicis & ueterinarijs. Feliciores etiam tum herbæ eius seculi, quæ Reges & Principes habuerunt inuentores & excultores, eorumç dignitate & præstantia, suam & ipsæ gloriam auxerunt, Huius

A

B

Quæ arborēs
 quibus Dijs
 sint cōsecratæ

De inuentōri
 bus herbarū.

C modi fuerunt etiam apud Arabes Auicenna, Razes, Hali, Messuas, Abraham, Principes quidem uiri, sed tam pertinaces disciplinæ cultores, ut omiſſa regni & principatus gloria, medicinæ potius antesignani & summates habiti ſint. Clymenes, & Lyſimachia, Plinio olim notiſſimæ herbæ fuerunt, at hæ ab Regibus ſui nominis appellatæ: & qui, cum Imperio fortaffe & nomē perdidiffent, quod herbis ſtudioſi fuerūt, poſteritas

Scordion nobilis herba, Dioſcoridi celebra- (ti ſunt reſeruati. tur, non inter poſtremas etiam, ſed Mithridati regi adſcripta, primūq; demonſtratori, deinde per Crateiam herbarium, ex manu depicta herba ab Rege, nouiſſime tandē Dioſcor. quoq; exhibita. Iubæ regis Euphorbia, quam ab medici ſui nomine, & fratris Muſæ eius, a quo ferūt conſeruatum Cæſ. Auguſtū, ſic inſcripſit: notior fortaffe exiſtit apud Pliniū, q̄ ut

Pro Reginis (affectauere eū & mu- (in præſentiarū adducat. lieres hanc gloriā) uel una Mauſoli uxor ſatis fuerit, quæ adoptauit herbā, quæ nobis Artemiſia dicitur: & de Nymphæa ſimiliter, quæ ab Nympha nomen inuenit, zelotypia erga Herculem mortua. Quorū alioqui ne nomina quidem ſuperēſſent, ſi herbæ non fuiſſent.

Inuenerūt herbas & uniuerſæ gentes. Scythia enim, quæ Scythice dicitur, circa Beōtiam naſcentem, dedit. Iſchneumonem Thracia, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modo uena, uerum etiam præciſa. Vetones in Hiſpaniis eam reppererunt, quæ Betonica dicitur in Galliis, in Italia autem Serratula, ab Græcis Ceſtron, aut Psychoſtrophon.

D Anialia quas herbas inuenerūt, atq; demonſtrauerūt

Quod etiā animalia inuenerunt, uel potius demonſtrauerunt herbas, haud dubiū, quin benignitate Dei optimi max. uel ob hoc mihi ad herbarū laudem facit: quod ea cū non nouerūt myropolia & confectiones, & iſdem quoq; morbis laborant quibus homines, tamē ſi quid accidat noxium, ſuoſte marte auxiliantur ſibi, idq; herbis tantūmodo. Nec pigebit ſuper hoc miraculo, Pliniū etiā uerba adſcribere, quæ ſunt apud illum hiſto. natu. lib. 8. cap. 28. Hippotamus inquit, in quadam medendi parte magiſter extitit. aſſidua namq; ſatietate obefus, exit in littus, recentes harundinū cæſuras perſpeculatus: atq; ubi acutiſſimū uidet ſtipitem, impriſmens corpus, uenam quandā in crure uulnerat: atq; ita profluuiſo ſanguinis morbidū aliaſ corpus exonerat, & plagam limo ruriſum obducit.

Simile quiddā & uolucris in eadē Aegypto monſtrauit, quæ uocatur Ibis, roſtri aduncitate per eam partē ſe proluens, qua reddi ciboꝝ onera ſalubre eſt. Nec hæc ſola multis aīalib. repta ſunt, uſui futura & homini.

Dictamum herbam, extrahendis ſagittis, cerui monſtrauere percuffi, eo telo paſtuq; eius herbæ eiectō. lidem percuffi a phalangio (id eſt aranei genus) aut aliquo ſimili, caneros edendo ſibi medentur. Eſt & ad ſerpentem ictus præcipua, qua ſe lacerti, quoties cum his conſeruere pugnam, uulnerati reſouent.

Chelidoniam uiſui ſaluberrimam hyrundines monſtrauere, uexatis pullorū oculis illa medentes. Teſtudo Cunilæ, quam Bibulam uocant,

pastu uires contra serpentes refouet. Mustela Ruta in murium uenatu **A**
cum ijs dimicatione conferta, Ciconia Origano, Edera Apri in morbis si
bi medentur, & caneros uescendo, maxime mari eiectos, Anguis hyber-
no situ, membra corporis obducta, Feniculi succo impedimentum illud
exuit, nitidiusq; uernat. Idem hyberna latebra uisu obscurato, Marathro
herba se affricans, oculos inungit, ac refouet: si uero squammæ obtorpue-
re, spinis Iuniperi se scabit.

Draco uernam nauseam, syluestris Lactucæ succo restringit. Panthe-
ras per carnes fricatas aconito (uenenum id est) barbari uenantur: ocu-
pat ilico fauces eorum angor, quare Pardalianches id uenenum appel-
lauere quidam. At fera hæc contra, excrementis hominis sibi medetur:
& alias tam auida eorum, ut a pastoribus de industria in aliquo uase sus-
pensa, altius q̄ ut queat saltu contingere, iaculando ea, petendoq; defa-
tigata, postremo expiret: alioqui uiuacitatis adeo lentæ, ut eiectis intera-
neis diu pugnet.

Elephas Chamæleonte concolori fronde deuorato, occurrit Oleastro
huic ueneno suo. Vrsi cū Mandragoræ mala degustauere, formicas lam-
bunt. Ceruus herba Cinnare, uenenatis pabulis resistit. Palumbes, gra-
culæ, merulæ perdices, Lauri folio annum fastidium purgant: Colum-
bæ, turtures, & gallinacei, herba quæ uocatur Helxine. Anates, anseres,
cæteræq; aquaticæ, herba Siderite. Grues, & similes, Iunco palustri. Cor-
uus occiso Chamæleonte, qui etiam uictori nocet, Lauro infestum uirus **B**
extinguit. Atq; hætenus Plini. Cui subscribens Helianus, Pastu inquit, **Helianus.**
Hyoscyami herbæ, resoluuntur & conuelluntur Apri: sed remedium no-
uerunt. aquas enim statim adeunt, uel caneros uenantur: palam indican-
tes, ne homini quoq; salutarem herbam existere.

Restat, ut scriptores adsignemus, ne res usque adeo nihili putetur esse
herbaria, ab tã insignib. ijsq; adeo doctissimis & uetustissimis celebrata.
Inprimis Iubæ uolumē extitit olim de herba Euphorbia. Themison Plā-
taginē extulit herbã, non ita uulgarē, quin innumeris utilitatib. præditã.
Polion Musæus, et Hesiodus, Pythagoras Scyllã, Brassicam Chrysippus.
Eandē iterum Dieuches, & Cato, itemq; uniuersa adeo Ionia, ut per ean-
dem etiã palam iurauerit. Zeno Stoicæ familiæ, Capparim, Antinoma-
chus Atheniensis Cytifum, Morchion græcus Raphanū, Apuleius Be-
tonicam. Vergilius Ebenū, Erasistratus Lysimachiam. Ex Oliua Amur-
cã Cato. Homerus Crocon, Loton, & Hyacynthū. Hesiodus Maluã, &
Albucū. Archigenes Castoriū, Euchronius Hicesius, Coniades, & Ari-
stomachus uina & uites. Asclepiades Anthemin, quæ & Leucanthemis,
& Chamemilon: quorū tametsi interciderūt hodie multa, tñ argumētum
est longe melius, de herbis fuisse meritos ueteres Philosophos, q̄ nos ho-
die sumus, qui uix nosse dignamur: tantumq; inesse illis uirium putau-
runt, ut uix paucissimis ad describendum sufficerent. Recenset & Pli-
nius plerosq; historiæ suæ lib. 25. capi. 2, quos, ne longiores simus, omit-

Ctimus: ut obiter interim etiã prætereamus Crateiam, Bithynũ, Iollam, Heraclidem, Andream Chium, Niceratũ, Petronium nigrũ & Diodotum, quorũ meminit Dioscorides, qui etiã Myriades scripserunt herbarum.

Iam si ad gloriam etiam uetustas aliquid facit, facit autem plurimum, nihil herbaria medicina antiquius, nihil apud antiquos authores celebratius, cum *μικρομίνα* uix secũdo loco apud eos habeãtur, suntq; recẽs quoddam curiosorum hominum inuentum. Quod ne fabula esse prorsus putetur, primum exemplis, mox autoritate comprobabimus.

Chiron Centaurus, cum Herculem recæpisset (ut inquit Plinius) hospitio, casuq; arma eius petraclãti, sagitta illi excidisset in pedẽ, nullo alio pharmaco medicatus est uulneri, q̃ herba Centaurea: quæ tam præsens remedium illi fuit, ut in hanc diem etiam nomen inde retineat.

Sic Machaon uocatus ad Agamemnonem, qualia tandem putabimus medicamenta adhibuisse in tanto exercitu, in tam uasto loco, tanta strage, tantis tumultibus, q̃ fortasse simplicia pharmaca. Sic enim dereliquit Homerus Iliad.

*ἄντάρ ἐπεὶ ἴδεν ἔλκεθ' ὅθ' ἔμπισσε πικρὸς ὄϊσος
ἄιμα ἐκμηρῶσας, ἐπ' ἄρ' ἠπία φάρμακα ἰδὼς
πάσαι, τὰ, ὅποτέ πατρὶ φίλα φρονείων πόρι χείρων.*

Similiter & Peonem quoq; qui ὀδόνιφρατα φάρμακα Plutoni dicitur imposuisse. Sed & Helena Telemacho tristitiæ suæ obliuionem inducere uolens, nihil aliud commemoratur a Poëta adhibuisse, quã nobilem illam

D Nepenthes. Ea herba est Aegyptia (ut inquit Plinius) nulla mixtura. Verba Poëtæ sunt Iliad.

*ἔντιν' ἄρ' ἰσὸν οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἑπίνον
εἰπυθὶς τ' ἀχολόντε κακῶν ἐπιληθὸν ἀπάντων
ὅσ' τὸ καταβρόξιμν ἑπὴν κρητῆρι μίγξει.*

Voco autẽ simplicia pharmaca, aut simplices herbas, radices, semina, flores, cortices: & eas uino, oleo, aqua, melle, aceto, sacharocq; excoctas atque maceratas compositiones, in quibus non una & altera, non tria aut quinq; in unũ confundũtur, uerũ sine discrimine, sine iudicio interdum quoq; cõmiscuntur. Quod genus pharmaccorum priscis illis ignotum fuisse existimo, aut alio certe simplicium delectu coãluisse.

Sed redeo ad herbarũ miracula. Loto tantã inesse uim idem Homerus poëta testat, ut obliuisci etiã patriæ & liberorũ faciat: quæ tamẽ iuxta alium poëtã tam dulcis est, ut neminẽ sinat immemorem esse sui.

*ἀλλὰ σφιδόσαν λωτοῖα πάσαθ' ἄντων
τῶν δ' ὅστις λωτοῖοφάγοι μελιήδεια καρπὸν
ὄνκ' ἰτὶ ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἠθέληεν ὄνδ' νεῖοθ'
ἀλλὰ ἄντον βούλοντο μετ' ἀνδρασι λωτοφάγοισι
λωτὸν ἐρεπόμενοι νόσον λαλίοθ'.*

Sed & olim a draconis catulo occisum, atq; subinde Bali herba reuocatum ad uitam, idq; a parente ipso, Plinius ex Xantho historiarum auctore pro re omnino certissima affirmat. Eadem quoq; Tillonem quendam, quem Draco occiderat, restitutum.

Facit ad hoc & Iubæ illud, apud eundem Plinium, apud quem est, in

Arabia hominem simpliciter reuocatum ad uitam.

A

Dixit Theophrastus, & credidit Democritus, esse herbam, cuius applicatione exilierit aliquando cuneus a pastoribus arbori addactus. Quam quod quid hoc tam portentosum suspicimus, cum sint hodie qui Picum martiam auem aiunt, si quando dolo illi nidus in arbore occludit, herba quaedam, sed sibi tantummodo nota, foramen sine omni prorsus negotio rursum aperire: quae si casu inuenta atque collecta sit, etiam quaslibet seras ferreas recludat. Quod si uerum est, tanto minus Betonicę uirtutes mirabimur, cui tanta perhibetur uis inesse, ut inclusi circulo eius serpentes, ipsi interimant sese flagellando.

Incredibile etiam fortasse uidebitur, quod de Scythice atque Spartanica herba tradunt: sed tamen suos autores habet, Scythas uidelicet. Duodecim dies durare fame & siti, gustata saltem, uel in ore tenta eadem.

Ethopide herba amnes & stagna siccari, tamen si ridiculum est fortasse quod dicunt, tamen uulgo olim creditum est: tactu uero eius, clausa omnia aperiri. Quam non minus quoque *ἄπιστον*, quod de Achimenide affirmant, scilicet, si in hostium aciem coniciatur, trepidare agmina, ac terga uertere. Subinde Latacem dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocumque locorum uenissent, omnium rerum copia abundarent, memoriae proditum est.

Et quando in herbarum miracula incidimus, fortasse & non inepte per miraculis censeri debent, quarundam herbarum mirabiles, atque adeo insolentes naturae. Siquidem oleum oderunt Cucumeres in tantum, ut etiam in hamos curuentur, ne attingant. Ozimon caprae sic aspernantur, ut nihil ducant pestilentius: quippe quae & *μαύριον* etiam illis excitat.

B

Origanum tam pertinaci cum Brassica dissentit odio, ut alternatim se se conficiant. Eringij caulem, si ex grege ouis, capellae aliqua morfu defectum ore sustulerit, totus statim subsistit, relictoque pascendi studio, nouo ueluti spectaculo attonitus, non prius admirari rem desinit, quam accedens pastor caulem illum abstulerit, abiectoque longius, inutile gregis suum ocium ea ratione castigauerit. Autores huius rei Aristophanes, deinde Plutarchus.

Veniamus ad lapides quoque, quos non tam demirabitur fortasse quisquam, ueluti quae praeter colorem & duriciem nihil aliud habeant. Sic enim & gallus gallinaceus, granum hordei unum maluit, quam sexcentos Smaragdos: at hi tam multis praediti dotibus sunt, ut multis parasangis herbis etiam prepolleant: quod uno tantum & altero exemplo palam faciemus, neque enim nunc decretum est, totum Albertum, Plinium, & Dioscoridem adscribere.

Ferarum unicum asylum Lippares, lapillus, ut inquit, alioqui tam contemptus, ut ne terentium quidem reputetur, & tamen si ad hunc confugerint ferae, adeoque in fuga ipsum deprehendant, inuisibiles, aut etiam tutas a uenatoribus reddit. Quod si in animantibus permittimus, in homine similiter posse fieri, cur non eque crederemus?

C Epistrites lapis, in feruentissimam aquam coniectus, tam contemperat illius furorem, ut ilico etiam in frigus concidat.

Smaragdi & Magnetis uirtutes notiores sunt, quæ ut pluribus a me prosequantur. Reliquorum uires ipse ex authoribus petito, tum in primis Plinio, Dioscoride, & Alberto. Quæ omnia tamen apud quosdam fide carent, tamen admirationem Dei omnipotentis, & artis etiam medicæ tanto magis implent, quanto magis supra fidem sunt ueri, & inmensum esse fateri cogunt, quod uero super sit. Quamquam apud me certe fide non carent, nam quum alia, & similia nobis comperta, meditataque sunt, cur hæc sola nugæ esse ducimus & inficiamur? & solos in nos culpa recidit, quod aut periculum nullum facimus, aut si maxime facere cupiamus, tamen herbas non agnoscimus. Et quod Thaleti quondam accidit sidera contemplantis, ut incideret in foueam, id nobis egregie contigit in medicinis, quidam abstrusissima quæque scrutamur in ultra marinis, fit ut ne contemptissimas etiam herbas agnoscamus, quas quotidie pedibus calcamus. Nihil igitur nunc de Panace memorabo, nihil de Dodecatheo, quibus uere solis antiqui illi omnibus morbis medicabant. Nihil item de metallis, quæ & ipsa latentes suas *ἐνίργιας* habent: quas si studeam recitare, et mihi fortasse non sufficient *γλάσσαι δίκαι διὰ σώματα δίκαι*. Quare ad alia properabimus.

D Venio autem ad authorum axiomata & gnomas, quas de abusu pharmacorum reliquerunt: & præstat fortasse adscribere, ut maior uerbis nostris fides habeatur. Nec dubito, quin quam nos sacris literis fidem habemus, & pythagoristæ suo primati, quorum illud est *αὐτὸς ἰφά*, eandem reuerentiã suo Plinio, Theophrasto, Hippocrati, Dioscoridi, & Galeno habituri sint medici. Quod si donauerint, salua omnis res est. Igitur a Plinio, quoniam ille omnis antiquitatis parens est, & omnium ante se grauiter & scite dicta in *ἐπιτομῆν* contraxit, auspicia sumemus. Eius uerba sunt libro 28. capite. 1. Hæc sola naturæ placuit esse remedia parata, uulgo inuentu facilia, ac sine impendio, ex quibus uiuimus. Postea fraudes hominum, & ingeniorum capturæ, inuenere officinas istas, in quibus sua cuique promittitur uita: statim mixturæ & compositiones inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio æstimantur, ulcerique paruo, medicina a rubro mari importatur: cum remedia uera, quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto aut petatur herba, uel frutex queratur, nulla artium utilior fiet. Ita est profectio. Magnitudo porro perdidit ritus, uincendoque uicti sumus. Paremus externis, & una artium Imperatoribus quoque imperat.

Plinius.

Rursum lib. 32. cap. 11. Atque hæc omnia medici (quod pace eorum dixisse liceat) ignorant. Pars maior & nomina intantum a conficiendis his medicaminibus absunt, quod esse proprium medicinæ solebat. Nunc quoties incidere in libellos, componere ex his uolentes aliqua, hoc est, in impendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplassiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrupenti, factaque iam pridem emplastra et collyria

mercantur, taliscq; mercium fraus seplasia sic exteritur. Hęc si ipse dicerē, **A**
iam pendendum mihi esset. Sed pergamus citare plura.

Idē li. 13. in p̄fatiōe. Haftenus in odoribus habent precia syluę, erātq; p̄
se mira singula, iuuitq; luxuriē, singula miscere, & cunctis unū odorē fa-
cere. Ita reperta sunt unguenta. Quis primus inuenerit, nō tradit. Iliacis
certe temporibus nō erant, nec thure supplicabat: Cedri tantum, & Ci-
tri suorum fruticum in sacris fumo conuolutum, nidorem uerius q̄ odo-
rem nouerunt, iam Rosę succo reperto.

Libro. 26. cap. 2. Hippocrates certe, qui primus medendi p̄cepta cla-
rissime cōdidit, herbarum referta inuenimus uolumina. Nec minus Dy-
oclis Carystij, qui secundus ætate, famaę extitit. Itē Praxagorę, & Chry-
sippi, ac deinde Erasistrati, Hierophilo quidem, quanq; subtilioris sectę
conditori, ante omnes celebratam rationē eam, paulatim usu, efficacissi-
mo rerum omnium magistro, peculiariter utiq; medicinę, ad uerba, gar-
rulatēq; descēdēte. Sedere nāq; in scholis, auditiōibusq; occupatū grati-
us erat, q̄ ire p̄ solitudines, et querere herbas, alij etiā alijs diebus anni.

Libro. 12. cap. 17. Hęc sunt peculiaria Arabię, & pauca p̄terea alia
genera dicenda. quoniam in his uincit, peregrinosq; ipsa myrrhę odo-
res, & ab exteris petit. Tanta mortalibus rerum suarum satietas est, alie-
narumq; fastidium.

Cap. 18. Verum Arabię etiamnū felicius mare est. Ex illo nanq; mar **B**
garitas mittit, minimaq; computatione milies centena milia sestertiū an-
nis omnibus India, & Seres, Peninsulę illa imperio nostro adimunt.
Tantę nobis delicię, & fceminę constant.

Libro. 13. cap. 3. Hęc est materia luxus e cunctis maxime supernacui.
Margaritę enim, gemmęq; ad heredem tamen transeunt, uestes p̄lon-
gant tempus, unguenta uero suis moriuntur horis, & ilico expirant. Sū-
ma cōmendatio eorum, ut transeuntem fceminam, odor inuitet etiam ali-
ud agentem, exceduntq; quadragenos denarios librę: tanti emitur uo-
luptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipse non sentit. Sed et hęc aliqua
differentia signanda sunt. In M. Ciceronis monumentis inuenitur, un-
guenta gratiora esse, quę terram, q̄ quę crocum sapiāt. Quando etiam
corruptissimo in genere magis tamen iuuat quędam ipsius uicij seueri-
tas. Sed quosdam crassitudo maxime delectat, id ipsum approbantes, lini-
q; iam, non solum perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam uestigia
pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant.
Quęso, ut sentiretur iuuari ab ea parte corporis? Nec aliquem ex priua-
tis audiimus, iussisse spargi parietes balnearū unguento, atq; Caiū prin-
cipem solia temperari, lauariq; solitum: ac ne principale uideatur hoc bo-
num, & postea quendam ex seruis Neronis. Maxime tamen mirum est,
hanc gratiam penetrasse in castra. Aquilę certe, ac signa puluerulenta il-
la, & custodijs horrida, inunguntur festis diebus. Utinam dicere posse-
mus, quis primus instituisset ista. Nimirum hac mercede orbem terrarū

C corruptæ deuicere aquilæ. Ista patrocinia querimus uitijis, ut per hoc ius; fumantur sub casside unguenta. Quando id primum ad Romanos pene trauerit, non facile dixerim: certum est, Antiocho rege, Asiaq; deuictis, urbis año quingentesimo sexagesimo quinto, P. Licinium Crassum, L. Iulium cæsarem censores edixisse, ne quis uenderet unguenta exotica. Sic enim appellauere. At hercle iam quidam etiam in potu addunt: tantaq; amaritudo est, ut odore prodigo fruantur, ex utraq; parte corporis. L. Plotium, L. Plotij bis consulis censorisq; fratrem proscriptum a Trium uiris, in Salernitana latebra, unguenti odore, constat, quo dedecore tota absoluta proscriptio est. Quis enim non merito iudicet perijisse tales?

Lib. 15. cap. 26. Quæ cura & Cornis atq; Lentisco adhibetur: ne quid non hominis uentri natum esse uideatur. Miscentur saporibus, & alio alius placere cogitur. Miscentur uero & terræ cælicq; tractus, inq; alio cibi genere India aduocatur. In alio Aegyptus, Creta, Cyrene, singulaq; terræ. Nec cessatur in ueneficijs, uita dummodo omnia deuoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

Lib. 9. cap. 20. Nec habent finem uitia, iuuatq; ludere impedio, & lusus geminare, miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria naturæ.

Cap. 21. eodem. Non satis est abstulisse geminæ nomen, Ametystus rursus absolutus inebriatur Tyrio: ut sit ex utroq; nomen improbum Tyris ametystus, simulq; luxuria duplex.

D Lib. 9. Nullus iam prope mortalis æstimatur pluris, q̄ qui peritissimi me censum domini mergit.

Lib. 12. in procemio. Diu fuere occulta terræ beneficia, summumq; munus homini datum, arborescq; syluæq; intelligebantur. Hinc primum alimentum, harum fronde mollior specus, libro uestis: etiamnum gētes sic degunt. Quo magis ac magis admirari subit ab ijs principijs, cædi montes in marmora, uestes a Seribus peti, unionem in rubro maris profundo, Smaragdum in ima tellure queri. Atq; hucusq; Plinij uerba recitauimus: quem cum hodie gramaticum uocant potius q̄ medicum, quid alijs quoq; super huiusmodi *μειγμένα* uideatur, pergere monstrabimus.

In Theriacas
adulterinas.

Idem de re medica lib. 3. cap. 52. Antidotum Mithridaticum laudant Medici, eiusq; diuersas afferunt compositiones, & ad cōmendanda pigmenta preciosa propter raritatem ingentes pecunias poscunt. Appēdunt nanq; singulas libras uicenis. H. s. et infeliciū credulitatē hoc quoque ingenio circūueniunt, ut illis persuadeant emere quæ noceant. Alia nanq; stomachum ledunt, alia caput aggrauant, alia pallorē afferunt, aggrauant & corporis maciem: & ita frequenter accidit, ut hi qui illorum Antidotis usi sunt, miserius morerentur, quasi bibissent uenenum.

Plutarchus.

Plutarchus grauis, & fide dignus autor est, nemo bonus & meliores literas edoctus, negat opinor: at is adeo adstipulatur Plinio in decade. 2. τῶν συμποσιακῶν, ut sic palam etiam prodiderit. ἀλλὰ inquit, πολὺ μᾶλλον ὅτι ἂν μὴ γίνετο τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξίφαρμάκων ἐκείνας δυνάμεις. ἃς θεῶν χεῖρας ὀνόμαζεν. ἱρασίπρατος δὲ ἐλίχθη

τὴν ἀποπίαν καὶ περιεργίαν ὁμοῦ μεταλλικὰ, καὶ βοτανικὰ, καὶ θηριακὰ, καὶ τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης, εἰς τὸ
 ἀντὶ συγκεκρανῆνται. καλὸν γὰρ ταῦτα ἰάσαντες ἐν πτισάνῃ καὶ συνία καὶ ὑδρελαίῳ τὴν ἰατρικὴν ἀπολιπεῖν. ἀλ
 λά νῆ διὰ τὸ ποικίλον ἐξάγει καὶ γοητικὴν τὴν ὄρεξιν.

Quæ si latine audire malis, græce nesciens, sic habent. Quin multo ma
 gis, cum regales illas et efficaces uariorum remediorum mixturas con
 ficiunt, quas Deorum manus appellant. Erasistratus autem cōarguit ab
 surditatem et curiositatem eorum, qui simul & metallica & herbaria & fe
 rina, quæq; terra gignit, quæq; mare in unum cōmiscuerūt. At bene habe
 ret, si his omissis in ptisana, & cucurbita, et hydrelæo medendi artē finiuis
 sent. Verum per Iouem, ipsa rerum uarietas imponit nobis, & appetenti
 am illicit. Atq; hæcenus etiam Plutarchus.

Varietas ma
 imposturæ.

Veniamus ad Celsum. Hic cum aliquas mixturas probet lib. 5. ubi di
 cit, sæpe simplicia opitulari, aliquando etiam mista, tamen immodicas mi
 sturas uetat lib. 1. Homini inquit, utilissimus cibus est simplex, aceruatio
 saporum pestifera. Et condita omnia duabus de causis inutilia sunt. qm̄
 & plus propter dulcedinem adsumitur, quod modo par est, tamen ægri
 us concoquitur. Quod si ita habet in cibis, quanto magis in medicinis,
 ubi grauia leuibus, & sine pondere habentia pondus, ubi corpore in uno
 frigida pugnant calidis, humentia siccis, mollia cum duris, sine pondere
 habentia pondus? Fitq; tandem ille, quem poetæ fabulantur, Chaos ru
 dis, indigestaq; moles,

Celsus.

Nec quicq; nisi pondus iners, congestaq; eodem
 Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Galenus tamen ex Neothericis est, tamen adeo non probat ineptas il
 las compositiones, ut ubicunq; datur oportunitas, etiam pessime explo
 dat. Veluti est illud, quod in Methodo non semel repetit.

B

καὶ μὴν ὧ ἑταῖρε ἐν τῇ συμπλοκῇ τῶν ἰδίων, ὅν φυλάττονται τῶν οἰκον ὄντων αἱ ἐνεργίαι, ὡς ἐπὶ ἐνός ἐκάστων
 ἰδίου τῷ ὀφελίῳ εἰς νόσον ἢν περ χρὴ θεραπεύειν, ἐν πορῇ τοῦ προσήκοντος εἰ μὴ γὰρ ἴτοι τὴν φύσιν. & quæ
 sequuntur. Quæ latine sic reddi poterunt fortasse.

Galenus.

Sed o amice, in mixtis speciebus non seruatur actio sua cuiusq; substā
 tiæ, sic ut in unaquaque substantiæ specie, non desit quod morbo curan
 do conueniat. Nam si aut corporum naturam inuenire possent, aut pre
 stiti medicamenti uires, non esset fortasse ipsis tali uarietate opus: ueluti
 quibus unum medicamentum quod uni corpori conueniret, inuenire in
 parato esset. Nunc cum ignorant, utrunq; parum recte, omnia miscent,
 unum scilicet, quod omnibus naturis quadret, moliri medicamentū stu
 dentes. Hanc ergo componendorum medicamentorum rationem pri
 mis illis medicis excogitatam arbitror, atq; ut antiquum inuentum reci
 pio. Cæterum tantum ab uera medicinali methodo abesse reor, quan
 to certe ratio nobilior est, transfusis in se mutuo cribris.

Dum autem hæc scribo, ex Francofordiensi emporio Scribonius Lar
 gus mihi affertur, idem bonus & uetus autor, qui tempore Iulij Cæsaris
 uixit: hic in principio Therapeutice suæ ad Iulium Callistum sic præfa

Cur inter alia. Est hæc pars medicinæ ut maxime necessaria, ita certe antiquissima, & ob hoc primū celebrata atq; illustrata. Siquidem uerum est, Antiquos herbis & radicibus eorum corporis uitia curasse: quod etiam tunc genus mortalium inter initia non facile se ferro committebat. Et rursum a fine. Dabimus operam, ut simplicia primum ponamus. Interdum enim hæc efficaciora sunt, q̄ ex pluribus composita medicamenta.

Lubens & uolens multa prætereo: ne & tedium pariat oratio, & alios interim omittere cogamur: ex quibus est Hesiodus, & Poëta, & Medicus, cui nihil tam dolet, q̄ quod ignorant homines, quantum boni insit in malua & albuco, dum sic inquit.

Hesiodus. *νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλείον ἡμῖσιν πάντῳ
οὐδ' ὅσον μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδίλῳ μίγ' ὄνειαρ
κύφαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.*

Homerus. Homerus præterea, ubi subinde expatiari ad herbas datur, Dii boni, q̄ lepide illas pingit, quantum philosophatur: uidelicet dum Calipso hortos describit, hortos Alcinoi, dum Moly suum celebrat, & Nepenthen, Cedrum, Loton, & id genus plantas alias: ut prorsus uera dixerit de illo quidam, nihil non uidisse cæcum illum. Quamq; quid illos tam superstiose cōminiscor, quos aduersarij nostri naso suspendunt suo, uel potius ut abrogatos, condemnant & nauicifaciunt. Quicquid enim illi uel non assequuntur, uel non proxime quæstum olet, illud ipsis abrogatum est, uel grāmaticum, medicum autē minime. Audiant igitur suū Arnoldum, hominem quidem barbarum, sed plane sui seculi minime obscure notæ.

D Huius etiam aphorismus est, & artis quoddam principium, ubi in promptu habentur simplicia dolum esse, si quis compositis nitatur.

Auicenna. Et Auicenna lib. 2. cap. 2. Medicinæ inquit, simplices, habent operationes uniuersales, & operationes particulares. Nolo multis hæc persequi. Equidem nolui a testibus pendere iudicium solum: nam id oratorū est potius, q̄ hominis apud quē in precio sit ipsa ueritas. Ceterū quando illi confugiunt ad testiū multitudinē, ad suos uidelicet Auicennas, & Razes, & Serapiones, ut hinc roborent institutū suum, coacti sumus & nos obijcere testes eorum ueteres, & eos aliquando in summo precio habitos: ne hic quidem se esse nobis putent superiores.

Iam ad institutum redeamus, & quod simplex atq; herbaria medicina salubrior sit, etiam rationibus aliquot confirmare nitemur. Hæc cum multæ assignari possent, tamē illa uel præcipua est, quod domi nobis nascuntur & (ut Plinius inquit) optimus quisq; cœnat: q̄q; pedibus has ignotas calcamus. Contra exotica quantis cum periculis aduehuntur, per maria uasta, ratibus atq; nauigijs, in quibus omnium instar ibi sunt homo tantum & audacia, & ea tamen interdum adulterata, antiquata, obsoleta, reiecticia, nothaq;. Sunt enim infinita adulteria quibus ea gens Barbarorum imponit nobis: nisi non uera sunt quæ multis retro seculis Plinius & Dioscorides de ijs prodiderunt.

Deinde, quod nec cognoscimus etiam, probata sint ne, uel adulterata **A**
 quæ eminus aduehuntur. Quod inde maxime palam fit. Quotus enim
 quisque est nostratum, qui unquam crescere uidit folium Indum, Nucem
 Indicam, Iuncum odoratum, Cypirum, Cardamomum, Cinnamomum,
 Calamum odoratum, Balsamum, Agollochum, Canchamon, Cyphi, Hele
 nium: Denique omnia illa, quæ hodie præcipua in officinis habentur. Præ
 fertim, si in ea re iudices constituantur & speculatores homines, qui in sim
 plicibus uestigandis nullam unquam bonam horam collocauerunt: qui
 interdum adeo sine literis sunt, ut conuinci ualeant, nunquam decem pa
 ginas in Plinio, uel Dioscoride legisse, immo quorum id aliqui palam fa
 tentur. Qui si mihi Messuen suum citabunt, qui huiusmodi suis notis pin
 gat, Turbith uidelicet album, gummosum, etc: sic enim illi loquuntur, Per
 inde id mihi facit, quemadmodum Plinius, uel Strabo Indiam mihi spe
 ctatam proponunt: quam cum nunquam oculis contuitus sum, interim
 tamen ex Ptolomeo per spacia & miliaria demetior, quantum sit illo miliu,
 idque per gradus, usque ad minutissima minuta, quam tamen si casu contin
 gat uidere, non agnosceremus. Verum id somniare est potius, non rei ex
 actam noticiam tenere. Neminem nominatim perstringam, sed noui tam
 en, qui cum se rerum naturas & formas exactissime callere gloriarentur,
 ubi allatae fuerant, nihil cognouisse. Sunt qui ne Petroselinum probe per
 spectum habeant: cum id tamen nouerint omnes ex popina coci, & coqui
 nariae epularum structrices. Experti autem medici est, non ex nomine tan
 tum tenere herbam, uel quod libet tandem est illud simplex, uerumetiam
 contrectasse, uidisse, gustasse, olfecisseque oportuit. Hinc enim est, quod **B**
 etiam Dioscorides, non ex aliorum narratione, scripsisse se historiam su
 am iactat, sed omnia suis locis uidisse, tetigisseque, & tentasse.

Postremo, quod est omnium maximum, magno redimuntur quæ trans
 marina sunt. At nos Cræsi, uel Midæ non sumus. Proinde stultum fue
 rit, illic impensas facere, in rebus longe petitis, ubi domi habeas, quod non
 solum minoris redimas, interdum etiam gratis, uerumetiam quod natu
 ræ & temperamento conueniat plus. Ad hæc magna pars, & omnis or
 dinis homines exotica illa pharmaca abhorrent, & quo quisque salutis suæ
 studiosior est, immo quo quisque sanior incorruptiorque uiuit, eo amplius
 nauseat ac detestatur. Vidi qui cum maximis egretudinibus laborassent,
 pharmaca omnia deprecabantur. Vidi qui citius etiam perierunt, quam pi
 lulas, aut electuarium uellent glutire. Quibus si herbam aliquam, uel ra
 dicem propinassent, non detrectassent. Quod dico, notius est, quam ut demon
 stratione egeat: cum sint hodie eorum multa milia qui mecum sentiant.
 Contra simplices herbae, radices, semina, flores, arborum fructus, & fo
 lia, & si quæ sunt alia nostræ terræ, cocta, assa, frixa, macerata, insolata, tu
 sa, expressa, idque melle, quod in terra Germanica copiosum prouenit: sa
 charo, quod ipsum quoque non tam magno constat, & ex proxima Hispania
 petit: aceto, mulso, aqua, non tam homini sunt cibus, quam salutaris medicina.

C Et ut maxime donemus, acriores uires habere, quis em̄ id inficiatur? tamen suas cuiq; terræ herbas, ad hominum naturas contemperauit Deus Opt. Max. Nec minus spica illa, quam nos Nardinam uocamus operabitur, si probe adhibeatur, q̄ Sticas illas remotissime ex Arabia allata. Possem enim huiusmodi multa, quæ ἀντικαλλόμενα illi uocant, coaceruare. Proinde maiores uires habent, sed in sui climatis hominibus, quibus sunt creata.

Quod autem obijciūt, nihil nos proferre posse ex nostris terris, quod Gariophilis, Cinnamomo, Piperi, Galangio, Nuci muscatæ æqualiter confortet ac calefaciat. Id respondemus nostra culpa fieri, qui hoc ignoramus. Deinde contemptam aliquam herbam, uel non adeo odoriferam, idem ualere atq; præstare, si non tam delicati essemus. Verū id palatū nostrum non fert: quia non titillat, quod non ex Calococijs asportatur.

Ergo damnas tu, fortasse obijciet ex illis aliquis, magistrales illas compositiones, Messuæ, Auicennæ, Serapionis. Item duo illa Luminaria apothecariorum, maius & minus. Subinde illud Copiæcornu, quod Theaurum uocant, ex quo ad omnes morbos promuntur medicamina? Bona uerba. Scriptores non damno, nisi quantum inepte latine nobis redditi sunt: & periculum est ob hanc rem, quod in multis cum periculo eos imitemur. Sed neq; ullius quoq; mercem damno, id quod initio præoccupauit, sed aio, suis seculis scripsisse, suæ etiam genti, Arabes Arabibus, Barbaros Barbaris, idq; in suo etiam cœli climate. Cum enim illi mihi idem in Dioscoride & Plinio opprobrent, & propterea eo minus etiam probant, cur mihi quoq; non simile liceat caussari, si ad locorum distantias tantopere esset respiciendū. Quanc̄ aliud longe res cum Dioscoride habet, qui Simplicibus tantum agit: quæ tametsi locis aliquibus acriores uires habent, in quolibet tamen climate pro suo temperamento idem operātur. Nec minus Vrtica urit, ficit, ac pellit in nostro climate, q̄ apud Sabeos, et remotissimos Asianos. Sileo quod alia secula sunt. Deinde quod in Germania agimus, non in Asia, non in India, quas nationes constat aliā temperiem, aliud cœlum, aliam item influentiā habere.

Postremo uel ob hoc non necessaria, quod succidanea multa habemus. Quis enim neget, & nostris herbis esse uim, ut prædixi: nisi quis plane detrahare ausit opifici, præsertim, cum id pleno consensu confirment magni etiam scriptores & empirici.

Præterea, ut mea non magnope interest, q̄ sumptuose quisq; cœnet, si uel totam etiam Arabiā (ut Heliogabalus) heluētur & abliguriat: ita nihil moramur, mō nobis permittant ac donent, idem præstare posse nostræ terræ Simplicia, quæ illorū ultramarina. Habeant qui ditiores sunt sua aromata, suū Moschū, Sandalos, Been, Rhaponticū, & Rhabarbarū, quin si uolent, uniones etiā uorent & gemas ut Cleopatra, quæ multis aureorū milibus constent, mō non inuideant pauperibus suā uindemiā, id est, Marrubiū, Scolopendriā, Inulā, Hysopum, Elelisphacon, Buglosson,

Plantaginem, & uel Quercum etiam, & uilissima camporum gramina. A

Atqui inquit illi rursus, talia scribunt doctores medici, atque illi in primis, qui antesignani habentur. Tum communis quoque Praxis (quam sic uocant) ita habet. Belle prorsus. Et hos optarim aliud didicisse, & uel sero sapere, cum id suae etiam ipsorum conscientiae testentur. Id sic pulchre efficient, si non tantum ad seplasiarios, uerum ad se quoque herbarum cognitionem spectare putauerint. Denique si in compositis & simplicibus immodice miscendis, non toti sint, atque adeo consenescant, sed herbarum quoque uires, quid ualeant, & in quibus gradibus, ueluti in aequilibrio praeponderauerint. Quod Dioscor. docebit comprimis. Inde Plinius, & Theophrastus. Auicennam & Serapionem quoque si quis accersiat, nihil repugno, modo ad fontes semper adspiret. Comperi enim dum sedulo in Dioscoride & Plinio uersor, nihil aliud habere Auicennam, quam quod in ueterum quoque libris scriptum habetur: habeamque mihi male propitios omnes Musas & Medicos, ni singula simplicium Auicennae ex uno Plinio & Dioscoride demonstrarem, si quis curiose a me requirat. Alioqui quale, ac quantum est illud artificium scribere myropoile. Recipe pilularum aurearum, cochiarum, ana scrup. 15. et acuantur cum diagridij gr. 2. fiant pilulae. 7. cum syropo de sticade. Vel sic. Recipe Electuarij de succo Rosarum drach. 3. diaphiniconis, Electua. Indiana drach. 1. sachari quantum sufficit, & fiat bolus. &c. Quae omnia rudissimus quisque barbitonsor in uno & altero mense facile perdiscet, quando sic omnia etiam acupicta habentur, & constituta, ut nisi quis plane Thessalius asinus sit, non possit aberrare. Pollicebatur olim Thessalus quidam (ut inquit Gale.) huiusmodi quandam *θεραπευτικὴν* nimirum sex mensium spacio, atque ob id ab omni medicorum schola explodebatur. Atqui desperiam, si ad triuilem illam medicinam spectes, ni ita habeat, & oino uerum dixerit Thessalus.

Sed quando ita in aromata incidimus, libet obiter referre, quod saepe ex ore nobilissimi ac doctissimi equitis Hutteni audiuius, & quod ille etiam Guaiaco suo inseruit. Aui mei, inquit, Laurētij Hutteni frugalitas magno nobis ad gloriae ambitum incitamento esse debet. Is cum locuplete esset censu, ac in magnis etiam Principum nostrorum negocijs domi pariter ac militiae uersaretur, in suam domum, piper, crocum, zinziber, et id genus peregrina condimenta nunquam admisit: nec alio ipse, quam ex nostra lana uestimento uti solitus est, cum ob bene gestam rem preciosae illi quandoque uestes donarentur. Idque non tantum faciebat ipse, sed magno etiam apud aequales suos conuicio mores hominum infectabatur. Quasi non apud nos inquit, nascatur, quo si gulae oblectamenti oblectari opus sit, condiri nostra possint. Atque haec tenus quidem ille.

Quamquam quid hunc tantum cominiscor: cum id prisca etiam testentur historiarum scriptores, non nisi tenuissimo uictu, & paucissimis pharmacis uictitasse maiores nostros: & tamen cum sic uiuerent frugaliter, bene firmatis corporibus fuisse, contra famem, sitim, frigus, plane duratos & ada

C mātinis, raro ægrotasse, senes effectos: cū nos ad primas pruinas statim manus ac pedes cōtrahamus, et quo plurib. alienis pharmacis utimur, eo magis ac uehementius ab morbis urgemur. Quotus enim quisq; est, ex delicatulis illis, qui cum statim ad retentum bōmbum, uel crepitum, haurit potionem, non stomacho, hepate, podagra, hydrope, morbo regio, uel gallico crucietur? Quos inq; magis diuexant hæc mala, q̄ qui ex myropolijs uiuunt, qui omnē simplicem uictū contemnunt? Rursum, quos magis incolumes cernimus, q̄ qui simplici contenti uictu, & procul ab officinis, pultē miscēt caseo & ouo, quemadmodū de Catone dicit. Non erat quidem nostrū institutū, eo usq; progredi: sed quādo cum bonis, æquisq; hæc agimus, libertate nostra confisi, simulatq; de animis illorū erga nos æquis, magis ignauā nostrā & lubricitatē lamētari, q̄ alicuius damnare mercē, si nō dolo & usura nimia hāc dispēsauerint. Neq; sic quoq; contēnimus transmarina, ut nō eadem etiā in magno precio habeamus, si pro tempore adhibeantur cum delectu, & qui hæc redimere ualeant. Deinde si frequenti lectione, & sedulo scrutinio, herbarū nostratium eo promouerint Doctores, ne primo loco haberent exotica: cū tot, tantaq; suppeditent etiā domi nostræ domestica et inquilina. Alioqui nisi id plurimum referret, male cum Hippocrate actum fuisset, & cum alijs, qui illi successerunt ueteribus medicis, qui tanto dispendio bonorū & corpusculi, in syluis & montibus oberrarūt, herbis inuestigandis & quæritandis:

D male illi tot solitudines, exterarq; nationes peragrassent, idq; alijs & alijs diebus & temporibus anni, id quod de se testatur Dioscorides præstitisse, nisi diuinum plane esse duxissent, cum herbis philosophari: sed ut hodie nostrates faciunt in scholis, sedissent, & potius de rebus nullius ad uitam momenti disputassent, fataq; hominū, non sua, sed aliena fiducia gubernassent. At quanto prudentius quondam egerunt Aegyptij, quibus tanta cura fuit in adhibendis medicis (ut inquit Herodotus) ut singulis etiā morbis singulos medicos præfecerint. Alij em̄ sunt apud eos ocularij medici, alij dentibus, alij alui partibus & interaneis medicantur: adeo, ut medicis referta sint omnia. Rati impossibile esse, ut quis omnium morborum, & causas & remedia quæat in promptu habere.

Cæterum unde irreperit talis ille, tantusq; herbarum neglectus: deinde tam crassa & supina illarum cognitio, nemo disertius tradidit Plinio, Huius hæc fere uerba sunt natura. histo. lib. 12. in præfatione. Illud satis mirari non queo, interisse quarundam herbarum memoriam, atq; etiam nominū quæ authores prodidere noticiam. Quis enim non cōmunicato orbe terrarum, maiestate Roma. Imperij profecisse uitam putet cōmercio rerū ac societate festæ pacis, omniaq; etiam quæ occulta ante fuerant, in promiscuo usu facta? At Hercle, non reperiuntur qui norint multa ab antiquis prodita: tantum priscorum cura fertior, aut industria felicior fuit, ante milia annorum, inter principia literarum Hesiodo præcepta agricolis pandere orso, subsecutisq; nō paucis hanc curam eius. Vnq;

de nobis creuit labor. Quippe cum inquirenda sint, non solum postea in uenta, uerumetiam ea quæ inuenerant prisci, desidia internitione rerum, memoriæ inducta. Cuius somni causas quis alias, quæ publicas mundi in uenerit? Nimirum alij subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, & auariciæ tantum artes coluntur, antea inclusis gentium imperijs intra ipsas. Ideoque & ingenijs quadam sterilitate fortunæ, necesse erat animi bona exercere. Reges innumeri honore artium colebantur, & in ostentatione has præferebant, opem & immortalitatem sibi per illas prorogari arbitrantes. Quare abundabant, & præmia & opa uitæ: posteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, postquam senator censu legi ceptus, iudex fieri censu, Magistratum, Ducemque nihil magis exornare quam census, postquam cœpere orbitas in autoritate summa & potestata esse, captatio in questu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo, pessimum iere uitæ præcia, omnesque a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici ceptum. Alius hanc alio modo, & in alijs adorare, eodem tamen habendi quo eat spes hominum, tendente uoto.


In eandem sententiã Gale. in Therapeu. lib. 1. Nemo nostra ætate ueritatis inquisitioni est deditus, sed pecuniam, & ciuilem potentiam, & inexplebiles uoluptatum delicias omnes eousque suspiciunt, ut si quis sapientiæ quoduis studium sectetur, pro insano hunc habeant. Et cetera, quæ require eodem loco citato.

C O N C L U S I O.

Sed hæc omnia tam longo repetita principio, quorsum nam spectant, aut quo tandem consilio a nobis dicta sunt? Nimirum, ut obsoletis hæctenus atque obscuratis diuinis herbis, & omnis generis plantis, denique quicquid uel capi uel syluæ gignunt, rursus in usum reuocemus, antiquitatē & facta tecta, quod dicitur, instauremus, collapsaque herbariæ medicinæ manū ut porrigamus. Deinde, ne inter paucos esset illarum peritia & cognitio, sed totus mundus agnosceret magnalia Dei, quæ nusquam præcluius est uidere, quam in ipsis herbis, tam festiuiter, tot & tam uarijs coloribus pictis, cum tot floribus, seminibus ornatis, & quod est omnium maximū, tot etiã uiribus præditis. Postremo, quod me uidet urgere, posterioris seculi & neoterici Medici, id ipsi multo uehemētius, maiorisque opera persequantur. Quod si me quoque consultorem audiant Medici, cum uideant illi hodie alia secula inolescere, memores illius quoque Comici, hæc res aliam uitam, aliam etiam dietam postulat, relictis tot ueteribus ambagibus, & barbarorum nenijs, tot incertis tradimenti, immo nugacissimis nugis, pro his genuinæ ac puræ illæ Medicinæ se mancipient. Puram uoco, quæ ex Hypocrate, Galeno. Theophrasto, Plinio, Dioscoride, Oribasio, & id genus priscis rei Medicæ scriptoribus, & artis ipsius primis principibus petitur, agnoscetque quæ *dis διαπαρών* discedant ab his, quos hæctenus, & quasi diuos admirati sunt, & in precio habuerunt: discent inde salubrius ac præsentius mederi, minus aliqui grauata fati miseram plebeculam exigere & compilare, minori

C quoque compendio, & maiori cum oblectamento, ueterum subinde ingeniorum elegantiam, splendorem, rerum cognitionem admirabuntur, barbaros detestabuntur, dum uidebunt quicquid usquam est in Auicenna, in Raze, in Serapione et Messue, idem quoque in Hippocrate, Galeno, Celsoque, & alijs multo luculentius haberi: planeque æsopicę corniculę pennas esse, quicquid in uniuersum iactant hodie omnes barbarorum scholę: quę præterque quod asciticia & alienum furtum sunt, pristinum etiam splendorem suum amiserunt, insulsaque uerborum strabilię conspurcata: ut interim omittam, quod multo laudatius est, fontibus potari, quam turbidis lacunis, & ex magistris artis sapere, quam ex ineptis & obstreperis corniculis. Accedunt linguę, quas nullo unquam tempore licuit discere feliciter. Accedunt secula, quę reuelato fuce, detectaque impostura, meliorem institutionem requirunt & moliuntur. Postremo & optimi libri, quos nunquam licuit parare promptius, minorique pro pecunia. Nec tam facile parabiles unquam fuere Germanis, Bertrucij, Sillani, Gordonij, Auicennę, & id genus alij, quam nunc sunt integri Galeni, Gręci et Latini, Celsi, Oribasij, Hippocrates & Plinij. Simul bonos quoque & studiosos medicos, itemque myropolas mihi uelim ignoscere, quos neque docere uolui, neque perstringere. Dicam enim & illud Christi, qui pro nobis est, nobiscum sentit. Verum de stolidis, ineptis, et impostoribus nobis sermo fuit. Absit autem, quod hominum uicium, in artis calumniam uoluerimus detorquere. Cum nulla

D tam sancta professio sit, quę non alat monstra sua.



I N V O C A T I O D I

V I N I A V

X I L I I.

VETERIBVS Medicis hunc fuisse morē uideo, ut scripturi de Re Medica, ante omnia sūmi Dei, aut alicuius numinis auxilium implorarent. Fecerunt idem & Poetæ quōdam Homerus, & Vergilius: quod ut celebre habitum, ita pium iuxta, ac sacrosanctum. Quo magis miror, quomodo abolita longe religiosissima consuetudine, illa tandem recepta est, fucata & adsentatoria rhetorum beneuolentiæ captatio: quam ut minime improbo, ita miseret me plane ineptiarum & ingrati tudinis nostræ. Cum enim in omnibus humanis rebus diuina ope & clementia plurimū indigeamus, tū maxime in pharmacis porrigendis, morbis quoque subinde peruestigādis & curandis numine inprimis est opus: uel maximo etiam, & uere diuino Hippocrate consentiēte, qui in libro de Medici nouitij institutiōe sic inquit. Quamplurima præter res, Medicum habere certum est. Siquidem Deorum cognitio, cogitatioque & metus, in eius mente uersatur. Quando in plerisque morbis, siue symptomaticis, Medicina plurimum etiam Dijs concedit, Deosque colere reperitur. Medici namque plurimum Dijs concedunt. quā Medicina, posse omnia, sibi non arrogat: necque hoc in ea existit. Proinde & Mesue in hunc modum Canones exorditur suos. In nomine Dei, misericordis, cuius nutu sermo recipit gratiam. Et item libro suo Cura

tionum. Sanat solus languores Deus, & de fragilitatis folio produxit in largitate sua Medicinam benedictus, gloriosus, & excelsus. In quo solo latissime ab Galeno dissentio, qui ab sola corporis & humorum temperie morborum causas trahens, nullos a Deo infligi, uel curari impie fabulatur. Quando igitur et ipsi similem operam meditamur, & magnifica opera Dei, quæ in **P L A N T I S** ille quotidie, & mirabiliter operatur, conspicua facere intēdimus, Christianum esse arbitramur, si ante, quam ad descriptionem accingamur, prius factorē quoque ipsum **D E V M** opt. max. ductorē operis nobis constituamus, auspicijs nostris ut benigne faueat, susceptoque semel negotio longe operosissimo, patrocinari dignetur. Subinde munera nostra, quæ in templum conferimus suum, boni consulere. Vt nostra hæc legentes, consimiles quoque rerum effectus, quos primi illi Medicinæ scriptores obseruarunt, partim etiam nostra experientia didicimus, et ipsi aliquando experiantur et consequantur. **Cla-**
memus igitur & nos quoque cum re
ligiosissimo Pœta,


O D E V S,

Da facilē cursum, atque audacibus anue cœptis,
Ignaros uia, mecum miseratus agrestes,
Ingredere, & uotis iam nunc adsuesce uocari.

¶ A Plantagine igitur exordia sumpsimus, non solum quia uulgaris, & notissima hæc herbulæ est, uerū etiā quod nulla æque diuinitatem **D E I** referat in se, excitetque subinde et animet, ad sui ipsius agnitionem, & operum suorum, qui semper operatur mirabilia in minimis, negligit uero quicquid hominibus altum, et suspiciendum uidetur.

A

Plantago Maior.



B

*P. media, L.
mull. dict*

Breyter Wegrich.

c 2

1537. 22

C

Plantago Minor.



D

Spitzer Wegrich.

P. lanceolata, L.
Müll. - 224

1537.23

Plantago Rubea.

A



*P. major, L.
multi, dich.*

1557.25

B

Rot Wegerich.

D E P L A N T A G I N E

Rhapsodia Prima.

¶ Nomenclaturæ Maioris

G R A E C A E,

ἀρνόγλωσσι. πολύνευροσ. προβάτιος. ἑπτάπλευρον.

L A T I N A,

Arnoglossa. Ortigia. Cynoglossa. Coturnix.

Heptapleura. Gelapyros. Polyneuros. Lin-

gua agni. Septineruia. Stelaphuros.

G E R M A N I C A E,

Wegerich. Schoffzung.

¶ Nomina Minoris

L A T I N A,

Lanciolata. Plantago minor.

G E R M A N I C A,

Klein Wegerich. Spitz Wegerich.

C

P L A C I T A A V T H O R V M

Sententia DIOSCOR. de
Plantagine lib. 2.Deduplici
Plantagine.

PLANTAGO DVPLEX EST, Maior,
& Minor. Habet minor Plantago, angustiora,
minora, molliora, tenuiora, & maioris leuoris fo-
lia, coliculos angulosos in terram inclinatos, flo-
res pallescentes, & in summis caulibus semen.

Maior contra, crassior, speciosiorq; est, latiore folio, & oleris figura. Angulosus etiam Plantaginis huius caulis est, modice rubens, altitudine cubitali, ex medio usq; ad summū cacumen, paruo semine uestitus.

Plantago ubi
nascitur.

Radices illi sunt teneræ, pilosæ, colore candido, crassitudine digitali. Nascitur Plantago humentibus locis, prope lacus, sepes, & uliginosa loca. Efficacior, melioremq; usum Maior habet.

Sententia P L I N I I lib. 25. cap. 8. de
Plantagine.

PLANTAGINIS duo sunt genera, Maior, & Minor. Minor angustioribus folijs & nigrioribus, linguæ pecorum simillimis, caule anguloso, interdum inclinato, in pratis nascens.

Altera Maior, folijs laterum modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam Heptapleuron uocauerunt.

Huius & caulis cubitalis est, & Napi similis. Nascitur in humidis, multo efficacior. Vis mira, in siccando, densandoq; corpore cauterij uicem obtinens.

Sententia A P V L E I de Plantagine, cap. 1.

GRÆCICI ἀρνὸν agnum uocant, γλῶσσαν uero linguam. Rursum quod sæpe adnata habeat germina, in longitudine septem lateribus similia, Græci ἑπταπλευρον uocauerunt. Cæterum sunt eius species duæ. Nam quæ Heptapleuros nominat, est maior forma, folijs ornatioribus, & latioribus, & neruosis. Nascitur in uallibus atq; hortis, necnon & paludibus plurimum, et in pratis, estq; magis cōstrictiua. Alia uero minor, atq; nigrior, leuior, & tenuior. Nascitur in chartarijs locis, sed in usum uarie adhibet.

Eadem fere Serapion.

Sententia H E R M O L A I B A R B A R I
de Plantagine.

PLANTAGO quandoq; Septineruia. Quancq; Heptaneruia alia uidetur herba q; Plantago. Id quod exemplario quodam aduersus collectiones, cui nomē est, Botanicon, aperte liquet. Quippe in quod tres queruntur herbæ. Plantago ternis uncijs, Septineuron senis, Leoneuron quoq; ternis. Necq; quæ sit Leoneuron, intelligo. Flosculus ei Lanuginus, ut frumento, particulatim erumpens, ut Aphaca, & Intybum. Inter spicatas est Plantago, sed Minor, nigrioribus folijs, & linguæ pecorū

simillimis, unde nomen apud Græcos Arnoglossa.

A

Hieronymus Herbarius de Plantagine.

PLANTAGO triplex perhibetur. Maior, quæ Septineruia, & Arnoglossa. Minor, quæ Lancea lata, quod lanceæ similis sit. Et Aquatica, cui ranæ insident frequenter. Unde & Germanis *frösch leffel krot*, dicitur.

T E M P E R A M E N T V M.

Refrigerat, & arefacit in secundo ordine. Habet autem austeri aliquid. Ideo aduersum ulcera maligna, & fluxus, & putredines congruit. Arefacit autem citra uellicationem, particepsque est acerbitalis. Et tam fructus, quam ipsius radix potestatis sunt propemodum eiusdem, nisi quod aridioris & minus frigida. At fructus tenuissimarum partium est: radices autem partium crassiorum. Folia porro ipsius herbae arefacientia, tenuiorum partium, & potestatis minus frigida.

V I R E S & luuamenta eius ex Dioscoride.

Vim habent folia exiccatoriã, cõstringentẽ. Quare omnibus malignis ulceribus et fluctioni oportunis, atque elephantiasis, sordidisque illita profunt.

Profluuia sanguinis, ulcera quæ serpunt, epiniãdas, carbunculos, nonnisi cohibent.

Vetera ulcera, & inæqualia cicatrice obducunt.

Chironia sanant.

Sinus conglutinant.

Morsibus canis, ambustis, igni inflammationibus, panis, parotidibus, strumis, ægylopsis illita cum sale profunt.

Coctum cum aceto & sale olus, dysentericis, cœliacisque sumptum subuenit.

Datur & in locum Betæ, cum lenticula coctum.

In leucophlegmatia, inter aridas epulas herba decocta datur,

Comitialibus, et suspiriosis data, proficit foliorum succus. Colluta subinde oris ulcera purgat.

Cum cimolia, aut cerusa, igni sacro medetur.

Fistulis infusus prodest.

Lippitudinibus, & aurium doloribus, idem succus instillatur.

Additur quoque in oculorum collyria.

Gingiuvis cruore suffusis, & sanguinis reiectionibus pota confert.

Clystere dysentericis.

Contra tabem datur in potu.

Aduersus strangulationes uuluae in uellere subijcitur, etiamsi uulua fluctione laboret.

Semen ex uino potum, alui fluctiones, & sanguinis excretaiones sistit.

Decocta radix, & manducatu, & collutione dentium dolores sedat.

Eadem cum folijs, ulceribus renum, & uesicae in passu datur.

Ferunt tres radices, cum tribus uini cyathis, & pari aquae modo tertianis auxiliari, & quatuor quaternis.

Sunt qui radice gestamine discutiendis strumis utantur.

B

C Syrius Plantaginis & calamynthæ cū melle produnt ijs mederi, quos uires defecerunt, datū die secunda, & quarta, & parasceue. i. ueneris die. Hoc autem ueluti arcanū accipito, quod ueraci experiētia compertū est.

E X A P V L E I O.

Herbæ Plātaginis radix in collo suspensa, capitis dolorē mirifice tollit.

Succus quoq; tepefactus, fomentando uentris dolorem adimit: et si tumores fuerint, tusa herba & imposita, tollit tumorem.

Potui datus idem succus, et interiora sanat, & thoracē purgat mirifice,

His qui purulentum cum sanguine exscreant, herbæ Plantaginis succū dato bibere, sanabuntur.

Semen tufum, et subinde in uulnus sparsum, uulnera cito sanat.

Et ipsa herba tusa & imposita, refrigerat ea loca quæ nimio calore urgentur, & persanat.

Ad uentrem sistendum, & aceto cocta in mero bibitur mensura unus cyathi.

Serpentium morsibus trita, & ex uino sumpta prodest.

Lumbricis purgandis herbam Plantaginē contundes, & succi eius de cochleario dabis bibere, ipsam q̄tidie herbā tufam umbilico imposito.

Pistata cum axungia, sine sale, instar malagmatis facta, et imposita, duriciam discutit.

D In febre quartana, succus in aqua mulsa ante duas horas accessiōis potui dato, & miraberis effectum.

Idem facito in tertiana, & radices tres conterito, & sub accessione cum uino, aut ex aqua ieiunus bibat.

Podagræ, & omnium neruorum dolori et tumori folia contusa, uel pistata cum salis modico, & imposita, optime facere certum est.

Secundæ doloribus, semen contritum prodesse creditur.

Vulneribus recentibus contusa folia cum axungia uetere, sine sale imponuntur, et laborans sanus efficietur.

Si cui pedes tumuerint ex itinere, Plantago contusa, & cum aceto imposita tumorem tollit.

Si cui ulcus secus oculum, siue nares natum fuerit, herbæ Plantaginis expressæ et contusæ succo, lana molli madefacta, et imposita, per dies nouem curat.

Cum axungia ueteri parotidas sanat, ulcera oris omnia, et alcolam mirifice, persanat.

Tusa, & imposita, morsum canis rabiosi sanat.

Contra omnes uesicæ difficultates herbæ Plantaginis folia, uel radices ex passo fortiter medentur.

E X P L I N I O.

Nulla res æque sistit fluxiones, quas Græci *ῥευματισμοῦ* uocant.

Vis mira in siccando, densandoq; corpore, cauterij uicem obtinens.

Febres frigidas leuiores facit Plātago ex aqua mulsa, duabus horis au

te accessionem pota binis drachmis, uel

A

Succus radicis madefactæ, uel tusæ, uel

• Ipsa radix trita, in aqua ferro calefacta.

Pituitas, eruptionesq; emendat Plantago, panosq; sanat cum sale.

E X O R I B A S I O

Desiccat absq; aliqua mordicatione Plantago, ea quæ necdum stupida sunt, Nam & semen, & radix simili sunt uirtute. Quanquam semen amplius extenuat.

E X M A C R O H E R B A R I O

Maiorem uim tamen esse

Dicunt Maiori,

Oui cum lachryma medicatur adustis,

Et strophas spargit, superaddita cum sale trita.

Hydropicis ut olus decocta prodest.

Sic iuuat asthmaticos, ferturq; iuuare caducos,

Et dolor hac auris sedabitur.

Pellitur ex oculis tumor hac.

Experimentatores H E R B A R I I.

Arnoglossa hepar confortat cum aqua Endiuixæ, & sacharo albo, si epithimetur.

B

Extinguit ignem sacrū, cum succo Semperuiui & aceto.

Remouet hæmorroidas, cum puluere radicis Aron.

Et omnem carnem, quæ est ex ignis uisione, refrigerat.

Menstrua retinet.

Valet etiam hemopthoicis, & ulceratione pulmonis laborantibus.

Radix cocta cū aqua & piretro, ualet dolori dentiū, si tepida indatur.

Succus cum aceto ualet ad maculas & lentigines detergendas.

Ad quartanam est eius usus cum theriaca ante accessionem.

Et semen & radix aperiunt meatus hepatis, & renum obstructus.

Iuuamenta Minoris, E X M A C R O,

Cuncta potest Plantago minor prædicta iuuare,

Quamuis non tantas uires uideatur habere.

D E S C R I P T O R E S P L A N T A G I N I S.

Dioscorides lib. 2.

Theophrast. lib. 7, cap. 9.

Plinius lib. 25, cap. 8. lib. 26, cap. 8, 9, 11.

Apuleius cap. 1.

Oribasius

Serapion cap. Lisen alhamel. 233.

Herm. Barb. in Corollario suo.

Macer dict. Plantago.

Galenus. 6. Simpli. cap. 56. Ad Paternianum cap. 215.

Idem de morbis curandis lib. 5.

Platearius cap. 29. lib. de simplici Medicina.

Hieronimus herbarius dict. Plantago.

Helleborus Niger.



Christwurz.

DE VTROQUE HELLEBORO,
ALBO, ET NIGRO,

Rhapsodia Secunda.

¶ Nomenclaturæ Albi

Græcæ,

ἑλλίβορος λευκός. ασίς. πιγνατόξερια. γόνος ἡράκλειος.
πολύιδιος. ἀνάφυς.

Latinæ, Helleborus albus. Veratrum album.

Teutonicæ, Weiß Ayeswurz.

¶ Nomenclaturæ Nigri

Græcæ,

ἑλλίβορος μέλας. μελαμπόδιον. πολύρριζον. μελανόρριζον.

Latinæ, Helleborus niger. Prætion. Veratrum nigrum.

Teutonicæ, Christwurz.

H. viridus, L.
E.L.S.
Sm. H. 3. 157

1532, 30

PLACITA Authorum de HELLEBORO.

A

Albi Vetratri, secundum DIOSCOR. descriptio.

FOLIA FERT BETAE, aut Plantaginis similia, sed breuiora & nigriora, rubescentia. Caulem cauum, quadrantalem, tunice conuolutum, cum arefcere coepit. Radicibus nititur multis tenuibus, ab oblongo capite exeuntibus, cepearum modo fibratis. Nascitur in montibus & asperis. Radices messibus colligendi. Optimum habet candidum, friabile, carnosum, modice extentum, nec tamen lunci modo mucronatum, quod frangendo puluerem emittit, & tenuem habet medullam, gustu non admodum feruens, neque saliuam subinde ciens. Huiuscemodi autem strangulat.

Nigri.

Folia ei uiridia, Platani similia, minora, folijs Sphondylii proxima, subaspera, pluribus diuisuris incisa. Caulis asper, flores purpurei, racematim coherentes. Semen Cnici, quod in Anticyra Gesamoides uocant, quo deiectiones moliuntur. Radicibus cohaeret nigris, tenuibus, a capitulo cepearum simili confibratis, quarum est usus.

In collibus, asperis, & sitientibus locis nascitur.

Locus.

Optimum quod ex Anticyra petitur. Eligi debet corpulentum & plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu, feruensque.

Electio.

De inuentore & monstratore ex PLINIO.

MELAMPODES fama diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatum ferunt eum, qui niger Helleborus dicitur. Alij pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari eodem pastu animaduertenstem, datoque lacte coram sanasse Proetidas furentes.

B

Tempus Collectionis ALBI.

Tempestiuum esse tradunt messibus Album. Sed non facile colligitur. Nempe caput aggrauans, nisi praesumatur allium, & subinde uinum sorbeatur, celeriterque fodiat.

Superstitiosa Collectio Nigri ex

THEOPHRASTO.

Cum praeparatione solenni, & religione quadam, colligitur Niger, ut inquit Theophrastus. Siquidem gladio circumscribebatur primum. Deinde qui succisurus est, ortum spectat, precaturque, bono omine ut id sibi liceat, Dijs sibi concedentibus, Apolline scilicet & Aesculapio. Ad postremum aquilae uolatus obseruat. Fere enim secantibus ille intererat: atque si propius ille aduolasset, moriturum illo anno qui succidisset, augurium erat. Tandem eximebatur, quemadmodum & ex Albo interior medulla.

DIFFERENTIA VTRIVSQUE.

Purgat autem Niger humorem melancholicum, per uentrem in primis inferiorum. Albus uero per superiorum, crassos & glutinosos humores expellit.

Subinde Nigrum, equi, boues, suesque cauent, cum impune Candido uescantur. Tametsi Nigro uiolentius Album dicatur.

Vtriusque quoque semen, coturnicibus gratissimum est, ut scribit Aristot.

C quam ob causam ueteres eas damnauerunt mensis; nunc quærentur.

Durantia **A L B I.**

Durare uim Albi. xxx. annis ferunt.

Temperamentum utriusq̃.

Abstergendi, calefaciendiq̃ potentia est, unde ponitur tertio ordine calefacientium & arefacientium.

Præparatio & administratio.

Antiqui corticem carnosissimum, & radicem eligebant, quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongijs opertam, turgescentemq̃ in longitudinem findebant. Deinde fila in umbra siccabant, his utentes. Nunc ramulos ipsos ab radice sua grauisimi corticis ita dantes. Pani etiam compinsitur & torretur. Quidam porrigunt in sorbitione pultis, aut alicæ. Quidam cum modicum antea dederint cibum.

Mesue sic corrigendum censet, uidelicet ut maceretur prius in melle et passulis, uel in iure gallinarum & aliarum carniū, abiecta deinde radice.

Sunt qui cauata radice raphani, indunt de Helleboro per diem, inde rursum extrahunt: feruntq̃ tum raphanum soluendi uim habere.

Alij infundunt in oximelle, uel uino dulci, aut syropis, uel robob, ut uocant, atq̃ subinde ministrant. Adhibito fortasse & ordeï modico, uel rizo.

Vigorant eius operationem sal Indus, Epithymus, Polypodium. Emendant quoq̃ Daucus, Petrosilenon, Piper longum, Hyssopus, Calamentum, & Origanum.

D Vires & Iuuamenta **A L B I** ex **D I O S C O R I D E.**

Purgat uomitionibus, diuersa & multiplicia trahens.

Miscetur collyrijs, quæ claritati oculorum officientia repurgare possunt.

Ducit idem menses.

Fœtus in utero necat.

Sternutamenta cit.

Quinetiam melle cum polenta maceratum, mures enecat.

Carnibus concoctum eas minuit.

Datur ieiunis, per se, & cum Sesamo, aut Tapsiæ succo, aut alicæ, aut mulsâ aqua, aut pulte, aut lenticula, aut sorbitione aliqua alia.

Pani etiam compinsitur, & torretur.

Mensura, dispensatioq̃ eius, ab ijs tradita est, quibus præcipuum fuit studium de ea docere. Dant siquidem aliqui Veratrum album in sorbitione pultis, aut alicæ. Quidam cum modicum ante cibum dederint, præsertim in ijs, in quibus suspecta, timendaue strangulatio, aut corporis imbecillitas impedit. Tanto enim sic ea purgatio perficitur, propterea, quod importuna corpori non aduenit.

Sedi etiã, ex Veratro albo appositæ balani cū aceto, uomitiões faciunt.

Item suppurationi ueteri.

Eodem phthiriasis emendatur.

Item scabies, impetigo, fistula callosa.

Decocto eius in aceto, & collutione dentium, dolor sedatur.

A

Muscæ quoque in eo enecantur, si cum lacte maceretur.

Medetur quoque morbis eomitialibus, uertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, podagricis, hydropicis incipientibus, tympaniticis, stomachicis, spasticis, clinicis, Ischiadicis, elephantiaæ albæ, lepris, tetano, tremulis, quartanis, quæ aliter non desinant, tussi ueteri cum inflammationibus, torminibus redeuntibus.

Galli, ut inquit Plinius, sagittas, in uenatu Helleboro tingunt, circumcisocque uulnere, teneriorem sentiri carnem affirmant.

R A Z E S

Helleborus niger choleram nigram curat.

Albus uomitum facit.

Ipsam tamen bibere non est securum.

Iuuamenta NIGRI ex Plinio & Dioscoride.

Prodest comitialibus, melancholicis, insanientibus, articulorum doloribus, & resolutis.

Educit choleras uarias, & phlegma per aluum.

Elixaturæ potu, caligo fugatur.

Duricias suppuratas concoquit & purgat, factis inde cataplasmate.

Auditum reddit, si surdis auribus indatur, atque post biduum, triduum ue repellatur.

B

Cataplasmata ex eo tollunt maculas, lepras, scabies, omnem denique impetiginem.

Sanat scabies etiam: in quem usum cum thure ceraue, piceque & cedri no liquore inungitur.

Ex aceto per se emplastri modo impositum, uertiligines, impetiginesque, & lepras emendat.

Purgat superiorem uentriculum, pituitam trahens & bilem: daturque per se, & cum scamonio saleque, drachmæ, aut trium obolorum pondere.

Ore diu tentum acetum, in quo coctus sit Helleborus, dolorem sedat.

Miscetur omnibus emplastris, quæ exedendo sunt.

Contra cutem subeuntes aquas, cum farina ordeacea, uinoque emplastri modo utiliter imponitur.

Seritur ad radices uitium, fitque ex eis uinum, quod purgandum est.

Trahit menses, idem appositum.

Fœtus in utero enecat.

Fistulas purgat inditum, & post tertium diem exemptum.

Iuuamenta Nigri ex M E S V E.

Diximus uitari Album, quia prefoctius est, Nigrum autem debere sumi, sicut concordant omnes, & proprie rectificatum secundum artem: et non conuenit nisi animosis corporibus, idque ueris tantummodo tempore.

Datus itaque quando, & cui conuenit, facit reuiuiscere, et constitutionem temperatam. Hæc enim est proprietas eius secundum Hippocratem. Et

C ipse quidem mundificat totum corpus, & singula membra, & solutione educit cū facilitate cholera permixtā phlegmate. Et mūdificat sanguinē.

Et trahit a uenis superfluitates mixtas sanguini, immo a toto corpore, a concauitatibus membrorum, & quibuslibet partibus remotis.

Est ex rebus soleñibus in mundificando cerebrum & caput totum, & instrumenta sensuum, neruosq; & uiscera, una cum uesica, & matrice.

Et confert iuuamētum manifestum ægritudinibus eorum, sicut sedē, hemocraneæ, mania, melancholia, uertigini, epilepsia, & paralyfi.

Item apostematibus membrorum, scrophulis, cancro, & herpeti.

Destillatur acetum decocto eius in aurem, & confert tinnitui, & sibilis, & corroborat auditum.

Confert ægritudinibus splenis, & febribus antiquis, longis, quartana, cholerica, & melancholia difficilis eradicationis.

Prouocat quoq; urinam, & menstrua.

Frequens etiam usus eius colorem inducit corpori bonum, cutem res purgat, & quamlibet scabiem abstergit.

De V E R A T R I purgatione, seu Helleborismo, Hippocrates ad Democritum philosophum.

Q V I non facile per superna purgantur, ante potionem eorpora multo cibo, quieteq; madefaciant. Cum autē Veratrum potauerint, corpora magis commoueant, nec dormiant. Quod autem agitatio, & motus corpora conturbet & moueat, nauigatio demonstrat. Cum autē Veratrū magis agere, & purgare uolueris, corpora magis cōmoueto. Veratrū autē nō periculosum est, qui sanas carnes habent. Præterea qui post potiōis purgationem non sitiunt. Spasmusue post Veratrū loetalis est. Si in magna purgatione superueniat, malum est. Si in uentris motionibus, & purgationibus, & uomitionibus sponte factis, quemadmodum oportet, purgētur, confert, & facilem ferunt: si minus, cōtra. Quemadmodum præterea in præscito, prognosticoue dixeramus, supna purgatio his cōmoda est, qui cibos sine febre auersantur, coruellicantur, caligāt, os amoroze uexatur: & ut in sumā & in uniuersum dicamus, doloribus cunctis, qui supra præcordia sunt, confert. Per inferna uero, cum sine febre tormina uexāt, lumborū dolor, genuum grauedo, cum menses non facile decurrunt, cū dolores sub septo transuerso sunt. Cum uero sic potionabis, urbanos, ociosos, pigros corpore plurimū caueto & obseruato: maxime uero fucos, carnes humiditas habentes, et subsiccas, balbos et blæfos. Qui uero p morbi principia, pituitosa per potionem discutere & dissoluere nitunt, pituita crescēte nihil profunt: quemadmodū in libello de ptisana dixeramus. Crudus enim morbus cū est, nihil cedit. Quæ em morbo repugnant & salutifera sunt, cōtabescūt. Debilitato siquidē corpore, morbus supat, languetq; nō medicabiles facit. Veratro autē, Helleborisatoue eos, quibus de capite destillat rheuma, purulentisue dato, maliue coloris, nec raucescentibus, nec lienosis, nec ex anguibus, nec uentositate laborantibus, nec

tussi sicca, nec siticulosis, nec uētris dolore uexatis, nec distēto uētriculo, **A**
 nec p̄cordijs, & ilibus, & scapulis distētis, laterūq; dolore uexatis, nec tor
 pidis, nec hebetius cernentibus, nec auriū tīnitu laborātibus, nec lotium
 nō continētibus, nec arcuatis, nec uentriculo, stomachoue nō ualentib9,
 nec ficosis, nec furūculosis. Sin aut Veratro purgare uideat̄, per superna
 tutius purgabis, per inferna uero minime: q̄s cibus ualide nutricabis & re
 plebis. Quemadmodum aut̄ in p̄dictorio dixeramus, nec cibaria auersan
 tes, & nigra supuomentes, & delyros potionato. Prę dolore parū dormi
 entes, lumina, & oculos audaces & patentes, uel reclinatos, tortuososue
 habentes, turgidos, caligantes, mali coloris, & discoloris, nec febre æstua
 tes & præfractos: quemadmodū in libello de ptisana dixeramus, sesamo
 mistū, et sesamoides cōmode per superna purgat. Potio aut̄ est drachma,
 uel eius dimidiū cū aceto mulso, tertiā aut̄ huius partem cū Veratro mis
 ceto, & minus præfocat, strangulatue. Quod & longas quartanas pur
 gat, & eos qui longa & molesta febre uexātur, & eos qui non sitiunt, nec
 exscreant, hosq; non ante tria trinūdina, quandoq; & laterum morbo la
 borantes, conuoluuloq;. Sicuti autem in libris de sceminarum morbis di
 xeramus, si locelli purgationis egeant, purgato.

N O C V M E N T A.

Nigro uiolentior Albus est. Proinde hodie in usu non habet̄. Sed & **B**
 olim senibus, pueris, sceminis, imbecilibus, inuidis, et quibus exulcerata
 præcordia fuissent. Item sanguinem exscreantibus, causarijs uel latere, uel
 faucibus, negabatur.

Niger interficit, canes, mures, & porcos,
 Et stercus ipsum bibentes perimit gallinas.

C O M M V T A T I O

Loco eius hodie usurpant Scammonium.

D O S I S

Themison binas, non amplius drachmas dabat. Sequētes, & quater
 nas dedere, claro Herophili præconio, qui Helleborū fortissimi ducis si
 militudini æquabat. Concitatis em̄ intus omnibus, ipsum primū exire.
 Mihi uidet̄, inquit Macer, significare Plinius, Albi dimidiū pondus tan
 tōmodo dandum, id est, quia Nigri est drachma una, aut. 2. scrupuli, Al
 bi sit dimidiū. Secus Mesue. Dosis eius est, inquit, a charitis sex, usq; ad
 tertiam. 31. uel usq; ad. 31.

A V T H O R E S & descriptores Hellebori.

Plinius lib. 25. cap. 5. Dioscorides lib. 2. de Helleboro.

Galenus. 6. simplicium pharma. cap. 125.

Mesue in canonibus uniuersalibus.

Theophrastus lib. 9. cap. 10. 11.

Auiceña lib. 2. De Helleboro. Macer dict. Helleborus.

Serapion. cap. 333. Rases.

Hippocrates in epistola ad Democritum philosophum.



Nymphaea lutea, L.
Linn. Syst. Nat. 1285.
Simp. p. 315.

157. 26



Nymphaea alba, L.
meis. det.
1857. Sm. fl. 3. 14

d 3

1857. 37

Græcæ, *νυμφαία*

Latine, Nenuphar, Clauus Veneris, Digitus Veneris, Alga palustris. Papauer palustre.

Germanicæ, *Sorwurtz / Kollerwurtz / Sehblüm / Hostrang.*

Vnde sic dicta.

N E N V P H A R, nata traditur, ut inquit Plinius, a nymphea, erga Herculem zelotypa, & mortua. Quare Heracion uocant aliqui. Alij Rhopalō, a radice clauæ simili. Siue, ut placet Dioscoridi, Nymphaeæ nomen uēdicasse sibi uidetur, quoniam aquosa amet. Plurima em̄ inuenitur in Helide, in Anygro amne, & in Beōtiæ Haliarto.

Genera eius ex D I O S C O R I D E.

Duplex est. Quædam nigra, quædam alba radice. Quædam albo, & quædam luteo flore.

Εἰκὼν Α Λ Β Ι.

D Folia habet lata, quadamtenus super aquam emergentia, solida. tenacia, coriacea, grauius olentia. Aliquando tamen etiam sub aquis sunt, pluraq; ab radice una prodeuntia. Flos candidus, Lilio similis, in medio, quod crocum sit, habentem. Hic postq; defloruit rotundus, & rotunditate pomo, aut papaueris capiti similis, colore nigro. Radix magna, aspera, clauæ alicuius modo nodosa.

L O C V S.

Nascitur in paludibus, & stagnantibus aquis.

T E M P V S.

Effoditur Autumno.

Placitum T E O P H R A S T I lib. 9. cap. 13. de Nymphaea.

R A D I C V M differentias, tum succis, tum odoribus accipere licet. Sunt em̄ aliæ acres, alię amarę, alię dulces, & aliæ suauis olentiæ, alię grauis: dulcis Nymphaeæ uocata, quæ nasci in lacustribus solet, ut in Orminiensis agro, & Marathone, & in Creta insula Beōti, Madonaim hanc appellat, fructumq; mandunt. Gerit folia, super aquam ampla.

P L I N I V S de Nymphaea.

Nascitur in aquosis Nymphaea, folijs magnis in summa aqua, et alijs ex radice prodeuntibus, flore Lilio simili: et cum defloruerit capite Papaueris. In caule secatur autumno. Radix nigra in sole siccatur, aduersaturq; aluinis. Est et alia Nymphaea in Thessalia, amne Penço, radice alba, capite luteo, Rosæ magnitudine.

Sententia A P V L E I de Nymphaea cap. 68.

Νυμφαία Græce Cacabon, Lothonietram, Rhopalon: alijs Androgomos, alijs Hydrogogos, alijs Heracleos, Latini matrem Herculianā, Algam palustrem, Papauer palustre, Clauū Veneris, & digitum Veneris dixerunt.

Nascitur in aquis stantibus. Ita deniq; nomen sumpsit. Thyrso nigro, le- **A**
 nis folijs, similibus herbæ Cicoreæ, aqua ex parte superantibus, flore pal-
 lido, fructu siue semine lato, denso, atq; gustu argilloso: radice stipidiosa,
 nigra & acerrima. Præterea nascens in Ompenio tenus flumine: cuius
 flos niger est, radix alba, & aspera.

TEMPERAMENTVM.

Et radix, & semen uim citra uellicationē habent arefaciendi. Alioqui
 tamen frigida & humidæ complexionis in secundo.

VIRE S & Iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Coeliacis utiliter in uino bibitur, & intestinorum torminibus.
 Lienem minuit.
 Stomachi & uesicæ doloribus, emplastri modo imponitur.
 Vitiligines ex aqua exterit.
 Capilli defluuia, quas ἀλοπεκίασ, dicunt, cum pice imposita, explet.
 Bibitur etiam contra nocturnas Veneris, & somniorum imaginatio-
 nes, quas compescit atq; restinguit.
 Semen cum uino potum, uentrem sistit,
 Trita plagis imponitur.
 Cocta in oleo, cum rosa, uiola, & pauxillo uini granatorum, usq; ad ui-
 ni consumptionem, erisypelam extinguit.
 Succus cum uino tritus, datur dysenteria compescendæ.
 Idem facit radicis succus.
 Testium tumori superimponitur.
 Illinitur non ualentibus dormire.

EX THEOPHRASTO.

Plagæ, trita & imposita, sanguinem sistere traditur.
 Vtilis & ad difficultatem intestinorum pota.

EX PLINIO.

Venerem in totum adimit (ut diximus) Nymphæa Heraclia, eadem
 semel pota in .xl. dies.
 Insomnia quoq; Veneris, a ieiuno pota, & in cibo sumpta.
 Illita quoq; radix genitalibus, inhibet non solum Venerem, sed efflu-
 entiam genituræ: ob id corpus alere, uocemq; dicitur.

EX APVLEIO.

Radices eius rades, & dabis manducare dysenterico diebus decem, &
 sanabitur.

Idem efficies, si cum uino austero propinaueris, aut certe eius succum
 uino intritum, mistumq;.

EX SERAPIONE, RASE, Albasare, Isaaco, et Mesue.

Dixit Aben Mesua. Vinum quod fit ex Nenusare, est bonū tussi, &
 pleurisi, & mollit uentrem, & est fortioris operationis q̄ uiola.

Dixit Alchantzi. Radix Nenusaris, in die uirtutē habet mādragoræ.

Dixit Isaac Eben Amram. Nenusar nominatur interfectōr apum, &

C est similis floribus uiolarum, sed est frigidior & humidior eis, confertq; sodæ calidæ, & inducit somnum, imprimisq; oleum ipsius. Et quando ponitur super apostemata calida, confert.

E X P L A T E A R I O.

In Septembri collectū, per duos annos, in multa efficacia seruat. Et melior flos est, qui in calidis regionibus reperitur, q̄ ille qui in frigidis.

Fit ex floribus eius syropus, cuius usus est in febribus acutis, & ad hepatis calefactionem.

Contra dolores capitis ex calore, imponūt Saraceni flores in aqua per noctem, & mane bibunt talem aquā, & flores, uel naribus applicant.

E X I O A N N E V I G O N I O.

Nenufar frigida est, & humidæ complexionis in secundo. Ideo flos eius bullitus in oleo, uiola, & oleo omphacino, parumq; uini granatorū usq; ad consummationem uini, erysipelam extinguit.

E X A V I C E N N A de uiribus cordis.

D Nenufar appropinquat Camphoræ in iudicio, nisi quia est humidior ea. Et eius quidem humiditas, caussat in substantia spiritus, qui existit in cerebro, pigriciā & torporem, nisi egeat humectatione, ut temperet. Spiritus aut in corde, non uidet pati ab eo hoc nocementū, quod patitur cerebrū, immo præbet forte iuuamentū. Nam proprietates suæ aromaticitatis confortat spiritū qui est in corde. Nocementū uero frigiditatis, & humiditatis ipsius, est secundū quid. Et temperat croco, & Cinnamomo.

N O C V M E N T A.

Plinius autor est, eos qui biberint, intra duodecim dies, coitu, genituræq; priuari, & ob id corpus alere, uocemq; dicitur. Quanc̄ ab Auicenna inter ea quoq; scribitur, quæ cor quoq; confortant.

A V T O R E S, E T D E S C R I P T O R E S.

Theophrastus lib. 9. cap. 13. Dioscorides dict. Nymphæa.

Plinius lib. 25. cap. 7. Libro item. 26. cap. 7. 8. 10.

Georg. Valla. dict. Nymphæa. Apuleius cap. 68.

Auicenna lib. de uiribus cordis. Symon Ianuen. dict. Nymphæa.

Serapion ca. 122. Ioan. Vigonius. Rases.

Hieronimus Herbarius.

N Y M P H A E A A L T E R A.

N Y M P H A E A M alterā, sunt qui Nymphonā uocant. Nascit̄ priori similis, radice tamē candidiore, & aspera. Florem luteū gestans, splendens, rosæ similem. Item a radice uelut glirium caudas trahens.

V I R E S, E T I V V A M E N T A.

Bibit̄ et semē & radix in nigro uino cocta, cōtra muliebres fluctiōes.

A V T O R E S.

Plinius lib. 25. cap. 7.

Dioscorides lib. 3. cap. Nymphæa altera.

Et cæteri quos supra citauimus.



Jusselago farfara, L. 7-3
C.B. 197

Sm. fl. 3.425

C

DE VNGULA CABALLINA,
Rhapsodia Quarta.

NOMENCLATURAE

Græcæ, ἄρκιον.

Latinæ, Personata, Lappa, Vngula caballina.

Germanicæ, Kosszüb.

PLACITA AVTHORVM

Sententia DIOSCORIDIS, de Personata.

FOLIA HABET maiora etiam cucurbitis, & hirsutiora, & nigriora, & crassiora, caulem albicantem. Quanquã & interdum uisua caule reperiatur, radice intus candida, foris nigra.

Sententia PLINII de Personata.

Error Plinij
in Personata.

Quidam Arcion Personatam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes Lappas ferentem.

DECRETVM HERMOLAI BARB.

in Corollario de Personata.

Petalite
Bardana.Lib. 25. cap. 9.
Perfolata.Perfoluta.
Perfolyton.

Persona.

Arcion, siue Prosopites, Personatam quidem in latino sonat, sed pro Petasite tamen capitur a Plinio, dicente, folio Personatæ nullum esse latius, grandes lappas ferentis, quos nos non in Arctio, sed in Petasite cernimus. Petasiten interpretor, quã uulgo Bardana, & Lappam maiorẽ interpretant: Arction quæ Vngula caballina dicitur. Plinius differentiã in noie tenuem constituit, Petasiten Personatam, Arction Perfolatam appellando. Perfolatam inquit, quam nemo ignorat, Græci Arction uocant, folia habet maiora etiam cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraq; & crassiora, radicem albam & grandẽ. Quæ oia fere cum Dioscoridis Arctio conueniunt. Nominat & Perfoluta, siue Perfolyton a Plinio, herbæ genus Aegyptiæ in hortis feri coronamenti solitum, duobus generibus, mas, & femina, inhiberi subdita ea Venerem uirorum maxime prodendo. Illud commo nuerim, maiora esse Personatæ, hoc est, Petasitæ ac Bardanæ, q̃ Perfolatæ, hoc est, Arctij, & Vngulæ caballinæ folia. Radicem Personatæ candidam, digitali crassitudine, fastidiendi odoris: Perfolatæ brachiali, & odoratam, flore in spica purpureo. Galenus & hanc, & superiorem, eodem Arctij nomine appellat. Quod autem Personata sit, quam Lu. Columella Personam uocari scribit, ne dubitem, facit, quod utilem pecori, quod uipera momorderit, scarificationi superpositam cõmemorat, quod & Plinius probat: & propterea a nonnullis Echion, quasi Viperariam tradit appellari.

ἐπιγραφή Marcelli Vergilij de Personata.

Personata hac utebantur quondam, ad personas totã Græcia & Italia, quoties in Theatris alijsue locis, qui cognosci a populo nollent, egisse quippiam uolebant, facili, sed non toto anno ad eam rem, ex incultis & pinguibus locis apparatus. Maio, Iunioq; mensibus frequentem fuisse

palilibus & floralibus uerisimile est, tribus decerptis folijs, quorum uno frontem, duobus alijs utrinque malas uestiret, relictis inter eorum spacia liberis, uidendi, spirandi, loquendique meatibus. Est enim foliorum personatæ tanta amplitudo, ut longe maius, quam humana facies est, tribus uestiri spacium possit. Nec immerito hic cucurbitarum folijs comparauit: figura enim illis respondet. Et si pinguiore loco nascantur, magnitudine etiam superant. Causa hæc est, cur Græci etiam, ab eodem personarum usu, Profopida, & Profopion uocauerunt. Lappa dicta est, quoniam illi congener est. Nascitur ubique personata, & quoniam desierunt uti Christiani ad personas, ob eam quam diximus causam, nec alios habet in sanitate usus, & parum hoc nomine nunc cognoscitur.

Personacia, I
quare Lappa
dicta.

CALVMNIA SENTENTIAE PLINIAE

næ, circa Personatam, Nicolai Leoniceni lib. de

erroribus Medicorum.

Sed non est nunc nobis cum Auicenna, sed cum Plinio negocium, quare ad ipsum reuertamur. Hic lib. 25. de Arctio, quamuis Echion errore codicis, ut arbitror, legatur, ita scribit. Arction quidam Personaciam uocant, non multos infra uersus, Plinius ita scribit, Personacia, quam nemo ignorat. Licet ante, & hic, pro Persolacia, Persolata, uiciose scribat, tamen quod sequitur, probat Personaciam esse legendam. ita enim subiungit. Græci uero Arction uocant: folia habet maiora etiam cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraque, et crassiora, radicem albam & grandem. Hæc ex uino bibitur, denariorum duorum pondere. Videtur profecto duo Arctii genera putauisse, quorum utrumque personata diceret, alterumque biberetur contra serpentes ex aceto, alterum ex uino. Attamen & Dioscorides, & Galenus, ac Paulus de uno tantummodo Arctio, Profopite, Personacia scripserunt. Esse uero idem Arction, siue eandem Personatam, quam primo & secundo loco describit Plinius, eiusdem Plinii uerba apertissime ostendunt. Nam de prima ita scribit. Quidam Arction, Personaciam uocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Hic autem proculdubio Plinius innuit illam, quæ a nostris tum Bardana, tum Lappa maior uocatur. Quam ideo ueteres, Personatam dixerunt, quoniam hac propter amplitudinem foliorum, ad Personatos faciendos utebantur. Hanc uero eandem, eadem ratione Dioscorides, Galenus & Paulus Profopitem, id est, Personaciam, nuncuparunt, ac folijs cucurbitæ, nigrioribus tamen, atque hirsutioribus, constare tradiderunt.

B

APOLOGIA PANDVLPHI COL

linucij pro Plinio, contra Leonicenum.

Vis & aliud uidere, indiligentis hominis argumentum de Personata. Plinium taxat, quod duplicem illam esse crediderit. Tamen ut id uerum esse comprobet, ne quid integri ad defensionem Plinio relinquatur, nulla ratione Echion, pro Arctio, codicis uicio positum dicit. Sed ne sic quoque Plinium, aut seipsum intelligit: quod uerum esse mox agnosces. Post A

C garici descriptionem, Echion herbam. 25. uolumine continuo subiicit Plinius, Quæ quoniam capitula habeat, uiperis similia, ideo Echios, quæ si uipera cognominatur. Duo huius genera, Pulegio similia, floribus coronata. Tertium lanugine spinosa, distinctum pingit, Addit præterea, Quidam Echion Personatam dicunt (non Arction, ut prauè inferere Nicolaus uoluit) quorum opinionem, quoniam longa foliorum & floris differentia improbare: subiicit. Cuius scilicet Personatæ folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Ac si dicat. Tria Echij genera diximus Pulegio similia, cui parua sunt folia, & quæ floribus coronantur. Falluntur qui Echion dicunt esse Personatam, grandes lappas ferentem, cuius folio nullum est latius: quæ omnia a Pulegij similitudine maxime discrepant. Non intellexit in morsum præceptis Leonicensus Plinij uerba, illorum sententiam apposite improbantis, qui Echion Personatam esse dicebant. Nam ea parte, qua Plinius scripsit, Cuius folio nullum est latius: Leonicensus, cuius illud, ad Echion retulit: non ad Personatam, ut Plinius, & grāmatica ratio postulabat. Neq; enim ideo duplicem Personatam esse credidit Plinius, quia quosdam Echion Personatam dicere, & ex aceto radicem dare scripsit. Nam hic de Personata non agebat, sed de Echio: de qua ut quæcūq; ab auctoribus scripta compererat aperiret, ideo quosdam Echion dicere Personatam scripsit, & ex aceto dare potui. Non enim probe claudit (quod sæpe diximus) Quidam dicunt, ergo Plinius credidit: ac præsertim cum Echion triplicem pinxerit, & ex foliorum & floris differentia non esse Echion personatam aperte senserit: atq; ideo post paucos uersus, non iam de Echio, sed de Personata notissima herba speciatim uerba facit: eamq; Arction & personatam Græca & Latina appellatione nuncupauit: neminemq; illam ignorare dixit: ut eos etiam uidelicet distringeret, qui supra Echion paruis folijs herbam personatam latissimis constantem putauerunt. Bene ergo omnia quadrant. Sciatq; deinceps Nicolaus hoc in loco bellissime significasse Pliniū, atq; ita credidisse, aliud Echion esse pulegio similem: aliud personatam folijs maioribus cucurbitæ: quas unam herbam esse quidam putauerunt.

Sed quoniã de Arctio sermo incidit, quando & pro Plinio & studiosis scribimus: ut hæc nostra legentes (quantulacūq; illa sint) aliquid semper arripiant, quod in cōmunem utilitatem conferre possint (quod tota defensione, quātum potuimus obiter curauimus, Leonicensus uero uitauit) hoc subnectere uisum est: q; Arction Græci duplicem esse tradiderunt. Vnã quidem, quæ et Arcturion diceretur: cuius folia Phlomo (quã latine Verbascum dicimus) similia, crassiora tamē & rotundiora esse dixerunt: semen uero minuto Cymino simile: quod tam ipsum q̄ radix Ischiadicis & dysuriam patientibus efficaciter daretur. Alterū, quam Arction, & Profopiten, & Profopion, & Aparinem dicerent: nos Personatam & Lappam. de qua egimus: ambas quarto Dioscorides pinxit, Plinius Primam septimo & uigesimo; Alteram, quo diximus libro tradidit.

Echion uerū
quod sit.

Arction
duplex.

Verbascum
altera species
Personatæ.

Sed Aparines nomen a Dioscoride positum, non probauit: quando aliam esse a Personata Aparinem, & figurę, & uiriũ diuersitate monstrauit.

A
Aparinē quę

Sententia SIMONIS IANVENSIS de
Vngula Caballina.

Vngula Caballina, Farfara, ut quidam dicunt, Dardana, duas habet species. Minor, quę campis et locis siccis nascitur, & in uineis. Altera Maior, quę in marginibus aquarum semper inuenitur, maiore folio, nec angulis sic manifestis, & parua radix eius, odorifera, quam quidam Cassulã cordis uocant.

Suspitor legē
dũ, Bardana.

Idem de PERSONATIÄ.

Personatia inquit, in cõfectione Mithridati minoris, exponitur in antiquis Synonymis, quod est Bardana, Lappa maior, Dronega. Quod etiã Plinius uideat dicere. Personata inquit, a quibusdã Echion uocant, cuius folia nullum latius, grandes lappas ferens. Sed alia est Echios.

Dronegã.

Sententia AVTORIS PANDECTARVM

Personatia in Antidotario, in cõfectione Mithridati minoris exponitur in antiquis Synonymis, quod est Lappa maior, Bardana, Dronega, Persolita.

De Vngula Caballina sic Galenus, 6. simplicium, cap. de Tussilagine. Et est Vngula Caballina, uel Nenuphar terrenum, uel Farfana. Nominatur autem Tussilago, quod tussientibus, & orthopnoicis conferre creditur.

Tussilago species Vngulę Caballinę Mathęo Siluatico.

Et rursus. Tussaligo, Chamęleuce, Vngula Caballina, est species Tapsi barbati.

B
Tapsus barbatus Chamęleuce.

IUDICIUM nostrum.

Videtur plane uterq; & Ianuensis, & Pandectarum scriptor ignorasse Vngulam Caballinam, et impositum illis a Plinio: quoniam alicubi Lappam uocat Personatiam. Nec legisse opinor, quę esset Arction apud Dioscoridem. Mihi apparet in re tam manifestaria, immerito nos torquere, quando ad unguem prorsus quadrat in Caballinã Vngulã Dioscoridis Arctij descriptio. Facit nobiscum Barbarus, & ipse acerrimi homo iudicij. De Plinio certe Collinucius uiderit.

Iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Drachmę unius pondere pota, cum pineis nucibus, purulentis extus fientibus auxiliatur.

Trita, dolores in artubus, astrictius uinctis illitu sedat.

Folia utiliter antiquis ulceribus illinuntur.

EX APVLEIO.

Personatię herbę succus, cum uino ueteri in potionem datus, omnes morsus serpentium, uel colubri, mirifice sanat.

Item si hysdem folijs cingas febricitantem, febrim fugat.

At uulnus, etiam si cancer erit, herbę Personatię aqua foueto. Deinde ipsam cum nitro & axungia, & picula cum aceto tere, & in panno in-

C ducito, & imponito.

Ad intestinorum dolorem, herbae Personatae succi cyathum unū, ex melle cyathis duobus ieiunus bibat.

Radix cum sale marino trita, morsui canis rabidi imponitur. Sic & ad ambusta, succi eius cyathum, ex melle cyathis duobus da bibere.

DESCRIPTORES Personatae,

Dioscorides lib. 2. cap. Arcion.

Plinius lib. 25. cap. 7.

Hermolaus Barbarus in Corollarijs.

Vergilius Marcellus,

Symon Ianuensis,

Nicolaus Leonicensis,

Apuleius, cap. 36.

Scriptor Pandectarum

Pandulphus Collinutius.



Zoff *nam*

Pumaria bulbosa, L.
C.B. 1113

e. 2

1537.47



Delphinium nuttallianum, Nutt.
Miss. ii. 119.

DE ARISTOLOCHIIIS

Rhapsodia Quinta.

¶ NOMENCLATURA Rotundæ.

Græcæ, *αριστολοχία στρογγύλη.*

Latine, Aristolochia.

Germanicæ, *Solwurz / Biberwurz / Hirschkrut.*

¶ Nomenclatura Longæ, uel Maioris.

Græcæ, *μακρά ἀριστολοχία. δακτυλίτις. μελόκερπος. τούξινον.*

Latine, Aristolochia longa.

Germanicæ, *Solwurz die lang.*

PLACITA AVTORVM DE ARISTOLOCHIIIS.

¶ Sententia DIOSCORIDIS de

Aristolochia Rotunda.

ARISTOLOCHIA Rotunda, nomē ex eo sibi adoptauit, qđ existimetur optime puerperis opitulari. Tria eius genera tradūtur. Vna quę foemina uocatur, folijs hederaceis, præstanti odore, cum acrimonia, mollibus, subrotundis, multis ab una radice germinibus, prælongisq; palmitibus, flore candido, tanq; pileolo rubro, grauiter olente.

EIVSDEM de Aristolochia Longa.

Aristolochia longa, mascula, appellat̃ a nonnullis Dactylitis, lōgiore q̃ rotundo folio, tenuibus ramulis, dodrantalibus, flore purpureo, grauiter olente, q̃ marcescens in pyri similitudinem conformatur: tuberibus radicū rotundis, ut rapum. Longe uero radix digiti crassitudinē, et palmi longitudinē implet. Nonunq; paulo grandius adolescit. Ambę colore intus buxead, gustu amaro & graui. Est etiamnū tertia Longa, quę Clematidis uocatur, ramulos habens tenues, refertos folijs subrotundis, minori Semperuiuo similibus, flores Rutę pleniores, radices longiores, tenues, crasso cortice odoratoq; uestitas, odoramentorū spissamētis cōuemētes.

Sententia PLINII de Aristolochiis, ex lib. 25. cap. 8.

Inter nobilissimas Aristolochiæ nomen dedisse grauidę uident̃. Qm̃ esset *ἀρίση λεχούσαια*. Nostri Malum terræ uocant. Quatuor g̃na eius seruant. Vnū tuberibus radicū rotundis, folijs inter maluā et hederā nigrioribus, pinguioribusq;. Alterū masculæ, radice longa, quatuor digitorū longitudine, baculi crassitudine. Tertium longissime tenuitatis, uitis nouelle, cui sit præcipua uis: quę Clematis uocatur, ab alijs Cretica. Omnes colore buxead, caulibus paruis, flore purpureo, ferūt bacculas paruas uelut Capparis. Valent radice tm̃. Est & quę Pistolochia uocat̃, quarti g̃nis, tenuior q̃ proxime dicta, densis radicis capillamētis, lunci plenioris crassitudine. Hanc qđdam Polyrrhizon cognomināt. Odor omniū medicatus, sed ob longa radice, tenuioriq; gratior. Carnosi em̃ est corticis. Unguentis quoq; nardinis conueniens. Nascuntur pinguibus locis, & campestribus. Ef fodere eas messibus tēpestiuū, ita desquamato terreno seruant̃. Maxime tm̃ laudat̃ Pontica, & in quocūq; pōderosissima, quæq; medicinis aptior.

Aristolochia
Clematidis.

Pistolochia.

C Rotunda contra serpentes, Oblonga in summa gloria est, etiam modo.

Sententia APVLEI cap. 19.

Aristolochiã græci Ararezam uocãt, alij Ephasion, seu Hephasiã, alij Lestitin, alij Pixionicẽ, alij Melacarpon, alij Teuxinõ, alij Dardanõ, alij Iontitim, alij Chamemilon, alij Opetin, Itali Malũ terræ, Daci Absinthium rusticum, Scardian. Nascitur locis mōtuosis, solidis, calidis, & cultis.

CONTROVORSVM Nicolai, de errore Plinij
in Cyclamine, & Aristolochia.

Plinium etiam non tantum nominum, sed rerum quoq; ipsarum similitudo aliquãdo decepit. Nam Cyclamini radicẽ, quẽ Rapum terrẽ, propter rotunditatem dicitur, Aristolochiẽ Rotundẽ, quẽ et ipsa a radicis rotunditate nomen accepit, radicem esse existimasse uidetur. Nam lib. 25. quo in loco Aristolochiam quatuor distinguit generibus, eius quẽ Rotunda dicitur radicem scribit a piscatoribus Campaniæ Venenum terræ uocari, ac coram se contusam imixta calce, atq; in mari sparsam, cōtinuo aduolasse pisces mira cupiditate, statimq; exanimatos fluitasse. Hoc idem, ut a uiris grauissimis accepit, nostro fit æuo ab eisdem piscatoribus, non Aristolochiæ Rotundẽ, sed Cyclamini potius radice, pisces alliciẽdi atq; exanimandi causa. Ipse quoq; Plinius eosdem effectus nõ Aristolochiẽ

D Rotundẽ, sed cuiusdam Cyclamini radici lib. 25. tribuit. Aut igitur fatendum, duas esse radices, quæ eosdem præstent effectus: quarum tamen alteram esse Aristolochiæ Rotundẽ radicem, neq; ab aliquo autore scriptũ reperitur, neq; experientia comprobatur. Aut illud dicendum erit, Cyclaminum, qui radicem habet rotundam, quartum esse Aristolochiæ genus, quo nihil dici posset rerum naturæ repugnantius. Siquidem uidet apud Græcos Aristolochiæ nomẽ, ut Dioscorides ac Plinius ipse testat, quoniam sit optima prægnantibus. Radix uero Cyclamini adeo est aduersa prægnantibus, ut si eam mulier grauida transcenderit, abortum faciat: ueluti Dioscorides, pluresq; alij medici insignes retulerunt, ac Plinius ipse confirmat.

DEFENSIO COLLINVCII.

Cyclamini herbæ, quã nunc porcinum Panem uulgus, medicos uocant, tria genera, Aristolochiæ uero quatuor aptissime scribit, pingitque Plinius: at hic noster accusator, Cyclamini radicem dicit ideo existimasse Plinium, uideri Aristolochiæ Rotundæ radicem esse, quoniam radici Aristolochiæ uim necandi pisces adscripsit. Huius rei argumentum hoc affert, quod ipse (inquit) a uiris grauissimis accepit, idem nostro æuo fieri, non Aristolochiæ radice, sed Cyclamini. Nonne præclaro usus uidetur aduersus Pliniũ Leonicensis, uel testimonio, uel syllogismo? Quia audiui inquit Nicolaus Leonicensis, Cyclamini radice pisces necari, fallit Plinius etiã cū uidisse se dicat, q Aristolochiẽ radice pisces necari tradidit. O inexcusabilẽ calumniã: quia Cyclamini radix hoc facit, Aristolochiẽ nõ facit. Quia de Cyclamini radice ab ignotis Nicolaus accepit, Plinius p

prio testimonio de Aristolochia mentiit̃. En p̃clari Dialectici argum̃ta: **A**
qm̃ Tubere terrę (id est, primę Cyclamini radice) fit ut pisces necent̃, Ma
lo terre, hoc est, Aristolochię rotundę radice fieri nō potest. Fallit̃ Plinius,
qui id uidisse se scribit: non fallitur Nicolaus, qui audisse se dicit. At Pli
nius inquit, radicem Cyclamini id etiam efficere scribit. Verū id quidem
Leonicene: sed tertię Cyclamini, cognomine Chamæcissi, cuius non ro
tunda, sed sparsa sit radix: ut tandem agnoscas sine mēte te debere, quod
de Rapo terrę te persuadere conaris. An cęcum, uel mēdacem fuisse Pli
niū putas Nicolae, cum Campanos piscatores Malo terrę calcem misce
re, piscesq; necare uidisse se scribit. Num impossibile quiddā, aut supra
fidē dixisse tibi uisus est Plinius. Sed & Tithymalū cognomine Corym
biten lib. 6. & 20. et Lactucam caprinā lib. 20. eosdē præstare in necandis
piscibus effectus, idē ipse Plinius tradit. Verbasco herba tam fluuiales q̃
lacu tres pisces interim. Et marinos etiā a Phœnicibus hoc modo cap. 7
historiæ animalium Aristoteles scribit. Nos quoq; experimento, uisucq; di
dicimus, & Cucumerē asininum, & uiridia nucū putamina cōtusa idem
efficere posse. Quoniā ergo & Cyclamino, et Corymbite, et Lactuca ca
prina, & uerbasco, & cucumere asinino, & iuglandiū corticib; pisces ne
cantur, errat Plinius, qui Aristolochiæ radicē necari dixit. Num tibi car
nēdea ista uident̃, Aristotelicę demonstrationes, quibus inexpugnabi
le uerum necessario sequatur. Tū concludens pergis, atq; in hunc modū
dicas. Aut igitur fatendū est, duas esse radices, quæ eosdem præstent effe
ctus, aut illud dicendū erit, Cyclaminū rotundę radice, quartū esse Aris
tolochiæ genus. Vnde ista obsecro fatendi, dicendiq; necessitas Nicolae? **B**
Primū quidem non duas modo herbas, quæ pisces necent, sed sex addu
ximus: multasq; idē efficere posse, non dubitamus. Num grande, aut mi
randū quiddam putes, si duę pluresue herbę idem possint. Deinde quia
Cyclaminus pisces necat, Aristolochię genus erit quartum. At quintum
dixisses. Aristolochiæ enim genera quatuor Plinius enumerat. Pari er
go ratione Corymbites, Tithymalus, & lactuca caprina, & uerbascum,
& cucumer asininus, & iuglandium cortices, quia pisces necant, inter
Aristolochiæ genera reponentur: quasi unum effectum, non nisi uni
us herbæ genus præstare possit. Quod nec Aniculæ quidem dice
rent, aut empiricorū quisquam. At de Aristolochia quod pisces necet, a
nullo inquis autore scriptū reperitur. Legisti ne omnes autores Leoni
cene? Nonne ego te in tripolio monui, oportere eū, qui ita arguit, legisse,
intellexisse, et memoria tenuisse oēs, qui unq; scripsere autores: quo argu
menti huius formula & ratio constare possit. Sed nōne omnibus auto
ribus rei ipsius euidentia potior. Hanc radicē etiam nū Campani melum
terragnum, hoc est, Malū terrę uulgo dicunt: & in piscatu passim adhi
bent. Quod uir illustris, acerrimiq; iudicij Sigismundus Estensis frater
tuus dux inclyte (cum hæc proderemus) nobis retulit. At quæ nam ista
peruicacia, quæ frontis duricies, quæ impudentia est: a nullo autore scri

Cptum inquis, cum Plinius scribat? Et quia nullum id scribentem repperisti, quoniã paucos legisti, ideo Plinio, qui se uidisse affirmat, credendum non est? qui tibi te audiuisse dicenti credi putas. Cui ego in his quidem, quãuis iurato, metuum concedere testi? O infelicem Plinium, O cassa literarũ studia, O uanos integerrimi uiri labores, lucubrationesq; miseras. En post annos mille & quadringentos, sophistes unus, in hoc tandẽ uersaniae genus prorupit, ut non errasse modo, rerum, uel nominum similitudine deceptum (quod & hominis erat) sed & mentitum quoq; Plinium insinuet, quia id uidisse se affirmat, quod Nicolaus Leonicensis a nullo scriptum repperit. Non ergo de Plinij doctrina, sed fide nunc agitur. Prẽclare me hercle cum studijs actum: piget, pudetq; aduersus hunc hominem uerbis agere, qui iam non uerbis (ut Aristoteles inquit) sed poena indiget. Iam uel hoc solo hominẽ intelligere possumus: qui etiam graccissans addidit (ut obiter & sua quoq; pensemus) Cyclamini radicem, rapum terræ uocari. Ex Dioscoridis magis sententia, q̃ Plinij auctoritate Latini hominis, & tuber terræ uocantis: quasi & hortense rapum, non terræ olus sit, sed aquæ, sola uero Cyclaminus rapum terræ uocari debeat. Tum non Cyclaminum (ut Celsus, Pliniusq; Latini homines, & a Græcis ducta ratio postulat) sed Cyclamèn, præclarus literator enunciat. Sed minutias istas persequi, opere precium fortasse non est: nũc ad reliqua pergemus: deq; Intibo & Heliotropo differamus.

D

Sententia THEOPHRASTI, lib. 9. cap. 13.

Malum terræ, olfactu odoratum, gustatu uehementer amarum est, colore nigrum. Nascitur in montibus optimum, quodq; folio constat muris auriculæ simili, tum rotundiori.

SERAPION DE ARISTOLOCHIA.

Sunt Aristolochiæ duæ species, mas, & foemina, Longa mas est, Rotunda foemina: & quod magis est iuuatiuũ in medicinis, est radix earũ.

SENTENTIA MACRI.

Aristolochiæ species tres dicimus esse.

Longa prior, radix est cuius longa, uocatur.

Dicta Rotunda sequens, quod sit radice rotunda.

Tertia Clematis, Græco sermone uocatur.

SENTENTIA AVICENNÆ lib. 2.

cap. 50. Et autoris Pandectarum, & Messue.

Aristolochiæ tres sunt species, scilicet Longa, & Rotunda, & alia cuius radix currit secundum semitam palmitum uitis.

NEOTERICORVM.

Hermolai Barbari Sententia.

Aristolochiæ color ater, folium Alsinæ, ut Theophrastus inquit, rotundius. Nascitur in montibus præcipue. Cætera Plinius loco quo citauimus. Addit tandem. Est quarta Pistolochiæ nomine, tenuior q̃ tertia, Hanc quidam Polyrrhizon cognominant, & Satyrion esse dicunt.

TEMPERAMENTVM EIVS EX

Mesue & Galeni Method. 3.

Omnes calide sunt in principio tertij, sicce in secundo: quanq̃ Longa appareat rotundior, non obstante quod uiget in ea de terrea qualitate. Rotunda subtilior, penetrantiorq̃. Omnes quoq̃ apertiuæ opilationū, resolutiuæ, attractiuæ. Siquidem extrahunt spinas, ossa piscium, ligna, & quicquid infixum carni fuerit.

V I R E S E T I V V A M E N T A

Longioris, ex Dioscoride.

Longa aduersus angues & uenena, drachmæ pondere in uino bibitur, & illinitur.

Pota cum pipere & myrrha, menses, partus, & omnia uulnerum onera eicit.

Eadem efficit, subdita pefso.

I V V A M E N T A R O T V N D A E.

Rotunda ad eadem pollet.

Insuper singultibus, suspirijs, rigoribus, lieni, conuulsis laterum doloribus, pota cum aqua singulariter auxiliatur.

Aculeos & spicula extrahit.

Omnes squamas illitu adimit

Vlcera putrida exest.

Sordida expurgat.

Caua cum iri & melle explet.

Gingiuas & dentes extergit.

I V V A M E N T A C L E M A T I T I S.

Ad grauem febrem efficax est.

Si nidore, subditis carbonibus, febricitans suffiatur, febris leuatur.

Vulnera imposito sanat.

Carcinomatis narium cum Cypiro, & Dracunculi semine & melle prodest.

Rigoribus medetur, cocta in oleo, aut adipe suillo, illitaq̃.

E X T H E O P H R A S T O.

Malum terræ perutile ad caput, & ad reliqua ulcera, & ad serpentes, et ad somnum, & ad alia.

Vlceribus in aqua subactum adhibere præcipiunt: cæteris rasum, in melle, uino, tritum in oleo, uel bibitū acido uino, & morsui inspersum; ad somnum in uino nigro austero pertritum.

Si uulua prociderit, decocto abluisse iuuabit.

E X A P V L E I O.

Aristolochiæ radix fistulis inserta, celeriter expurgat, & ad sanitatem perducet, Medici quoq̃ sine ea, nihil feliciter procurare possunt.

F R I G O R E E X V S T I S.

Herba Aristolochia ex oleo, calefactoriam quoq̃ uim habet, cum

C axungia porcina.

Si infans contristatus fuerit.

Herba Aristolochia suffumigabis eum, & hilariorem eum facies.

EX GALENO 6. simpli. cap. 53.

Si opus habeas medicina mundificatiua, aut incarnatiua, præstat applicare Aristolochiã Rotundam. Vfus est eius ad ulcera matricis, ad extenuationem humorum crassorum, & pororum apertionem. Confert etiam asthmaticis, podagricis, singultientibus, epilepticis, pota, & contusionibus cataplasmata.

EX M E S V E.

Solutione educit humiditates phlegmaticas. Et dixerunt aliqui, quod etiam cholericas.

Et est ex rebus maxime mundificantibus pulmonẽ, & pectus a phlegmate, & putredinibus.

Est conforme iuuamentum manifestum asthmati, & tussi secundum omnem modum administrationis eius.

Et etiam suffumigatio eius per embotum.

Cum hydromelle, curat ulcera aurium, & corroborat auditum.

Acetum coctionis ipsius stringit gingiuas, & remouet putredines ab eis. Et si confricentur dentes cum eo, abstergit eos.

D Et est medicina bona rigori febrili. Dosis eius a ʒi. usq; ad aureum. ʒi.

EX P L I N I O.

Oblonga a conceptu admota uuluis, in carne bubula, mares figurat, ut traditur.

Piscatores Campaniã, radicem eam, quæ Rotunda est, Venenũ terræ uocant, coramq; nobis contusam, immixta calce in mare sparsere: aduolant pisces cupiditate mira, statimq; exanimati fluitant. Quæ Polyrhizos cognominatur, conuulsis, contusis, & ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, utilissimũ esse traditur. Semine pleuriticos, & neruos confirmare, excalescere. Vide infra in Satyrio.

EX A V I C E N N A.

Aristolochia quando administratur cum pipere, mundificat superfluitates cerebri, præcipue Rotunda.

Confert pleuritidi, bibita cum aqua.

Prouocat menstrua, & educit foetum.

EX M A C R O.

Ventris nimium mitigt illa dolorem.

Sic quoq; fit sumpta leuior paralyticus illa.

Dæmonium fumus depellere dicitur eius.

Longa tamen uires habet illa debiliores.

Vnde quidem si defuerit quandoq; Rotunda,

Par pondus Longæ ponatur, dimidiumq;.

Fomento longe prodest decoctio mire.

Matricum morbis humores extenuando,
Pingues & purgat eadem, si fumitur illas.

A

NOBILIS EXPERIMENTA

tor & Herbarius Hieronymus.

Aristolochia germanice sic dicta, **Synschkraut**, quod equorum strangu-
gulationi, & sanguinis ebullitione suffocatis, presentissimo auxilio sit.
Morbo nomen, **die Synsch**. Quanquam est & alia herba huius nomi-
nis, quam uulgato nomine appellant, **Bitter/oder/ye lenger ye lieber**.
Tempus collectionis eius est in fine Maij.

Vsus eius est in ulceratione Colis, & Pudendarum.

Aqua eius, uel decoctum, laterum puncturas, & tormina sedat. Ea-
dem & ad tumores uentris, & ani egressionem efficax est, si intincta in ea
spongia, crebro fermentetur.

Rheumatismos capitis, & fluxiones sistit.

Et uomicas paruas erumpentes, interdum in muliebribus pudendis,
extinguit & sanat.

DESCRIPTORES ARI-

STOLOCHIAE.

Dioscorides lib. 3. de Aristolochijs.

Plinius lib. 25. cap. 8.

Apuleius cap. 19.

Oribasius lib. 2. & quinto.

Theophrastus lib. 9. cap. 13.

Macer lib. de uirtutibus herbarum.

Galenus 6. simpli. cap. 53.

Mesue in descrip. simpli. soluentium aluum.

Auicenna lib. 2. cap. 50.

Hermola. Barb. in Corollarijs.

Georgius Valla, dict. Aristolochia.

Symon Ianuensis.

Ioannes Vigonius.

Serapion cap. 171. cap. Zaraund.

Platearius cap. 22.


Hieronymus Herbarius.

Nicolaus Leonicensis de errorib. Medicorum.

Pandulphus Collinucius in Plinianana defensione.

B

C



D

Aronia maculata
C. B. 1795

Aron.

DE ARO. RHAPSODIA SEXTA.

Nomenclaturæ

Græcæ, ἄρον, ἄλιμον, κολλοκάσιον, θύμον.

Latinæ, Aros, Serpentaria minor, Luff minor, Iarus,
Barba Aaron.

Germanicæ, Aron. Pfaffen pint.

PLACITA AVTORVM DE ARO.

Sententia DIOSCORIDIS de ARO.

ARON FOLIA Dracunculi habet, minora tantum, nec adeo maculosa. Caulem dodrantalem, purpurascens, pastilli figura, in quo rutilo colore croci semē est. Candida illa radix, ad Dracunculi radicem accedens, quæ, quod minore acrimonia est, elixa comeditur.

Pronunciatum T E O P H R A S T I de Aro,
lib. 7. Plantarum cap. 11.

A

Ari radix, ut incrementum capiat, cum folijs luxuriatur, quæ admodum ampla sparguntur: folia deflecentes ipsam, circumobruere solent, quo planta non in germina excrescat, sed totum alimentum in suum attrahat caput. Quod uel in bulbis nonnulli componendo facere solent.

Opinio P L I N I I de Aro, lib. 22. cap. 16.

Est Aron magnæ cum Dracontio litis. Quidam enim esse dixerunt eandem. Glaucias fatu discreuit, Dracontion syluestrem Aron pronuncians. Aliqui radicem Aron appellauerunt, caulem uero Dracontion, in totum alium, si modo hic est, qui uocatur apud nos Dracunculus. Nam quæ Aros radicem nigram, in latitudinem rotundam habet, multo quoque maiorem, & qua manus impleatur: Dracunculus subrutilam, & draconis conuoluti modo, unde ei & nomen. Quin & ipsi Græci immensam posuere differentiam, semen Dracunculi feruens, mordaxque tradendo, tantumque inesse ei uirus, ut olfactum, grauidis abortum faciat.

Controuersia inter Dracontion, Aron, & Arisarum.

Centio H E R M O L A I B A R B A R I de Aro.

Arorum Theophrastus inquit radices, inhibita germinatione fiunt altiles, folijs uidelicet terra obrutis. Prægrandia hæc sunt. Item caua, cucumeracia. Radix nuda cortice, quæ mandi possit. Nam & folia inquit, in aceto decocta eduntur, nec insuauis cibus est, caulem ei nullum reddendo. Differt a Dracunculo, si Plinium sequamur: quia radicem habet nigram, in latitudine rotundam, multo maiorem, et qua manus impleatur: Dracunculus subrutilam, & intortam. Semen ei feruens, ac mordax, Aro lenius. Quod & Galenus confirmat. In cibis Aros scemina præfertur: quoniam mare sit dulcior, & in coquendo lentior. Folijs Ari caseum ne computrescat, seruari affirmant: quod quidem a Dioscoride maiori, aut minori Dracunculo tribuitur.

B

Aridux species.

Annotatio V E R G I L I I in Arum.

Confundit Plinius cum Dracontio, Aron. Lib. 19. capite, quarto numerat Aron inter Aegypti hortensia, his uerbis. Est inter genera bulborum, quod in Aegypto Aron uocant, Scyllæ proximum, amplitudine folij Lapathi, quæ Rumex est, caule recto, duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda. Folia enim Lapathi, caulis rectus, duum cubitorum altitudo, & baculi crassitudo. Ex maioris Dracunculi historia cuncta sunt, nec Aro congruunt, cuius caulis semipedalis pastilli figura est. Quam formam in nostri orbis Aro quotidie licet cernere. Confundendique diuersa genera, nulla maior, ut credimus, causa fuit, quam similitudo primum, mox antiquorum historia: in qua totum hoc genus Aron aliquando, nunc priuatim, illud Dracunculus, hoc Aron dictum est. Discreuit tamen alterum ab altero natura, & illud procerius, hoc breuius fecit. In illo figura est, qualem superiore capite tradidimus: in hoc ubique cognosci potest.

Doctissime et uerissime de Aro Vergilius

C Reliquit in hoc etiam Dioscorides inuolucrum illud, & cucullū, quo inuolutum semen clauditur, pallido magis quā herbaceo colore, nō ut in Dracunculo purpureum. Numerabatur quondam, serebaturque inter opera Aron, quod uix credibile sit: tantam habet radix, quæ in ciborum usu erat, acrimoniam. Cogitandumque alterum est, aut aliunde inuentum mitius fuisse, aut culturę genere aliquo, & humano artificio melior escere nunc etiam posse.

GEORGIVS VALLA, de Aro.

Aron quam Serpentariam quidam uocant, cuius radix primi ordinis calefacientium est, estque potestatis abstergēdi, uerum non ualide ut Dracontion. Quibus uerbis quid sibi uelit, non plane intelligo.

SIMON IANVENSIS de Aro.

Aron a Dioscoride sic describitur. Et est Iarus, quæ dicitur Serpentaria minor.

Et rursus, Iarus, Barba Aaron uocatur, quæ & Pes uituli dicitur, & Serpentaria minor, & Dracontia minor.

Autor PANDECTARVM de Aro.

D Aron est herba, habens folia Dracontię similia, sed minora, & plana, non uaria, habens uirgam duarum palmarum, & colorem purpureum. Cuius semen coloris est crocei, & habet radicem albam, habentem bulbi rotunditatem, similem Dragontę: quæ cruda, & cocta manducari potest, quia non est ualde amara. Folia eius posita in sale manducantur.

IUDICIUM NOSTRVM.

Vides lector, quæ non conueniat autoribus, & medicis, alioqui magni nominis, idque in re etiam nota, & uetulis herbarijs cognitissima. Nec aliter de notissimis hærbis pronunciant, quæ in tenebris, quod dicitur, Andabatę conpugnant: ut interdum hallucinari, suspicio esse possit, aut exemplaria corrupta, aut (quod libenter crediderim) longe alias prouenire, alia statura, alio colore, gustu interdum etiam alio, in alienis terris, quæ in nostra Germania. In tanta igitur dissensione doctissimorum Medicorum, quid ipse discernam, non habeo: cur damnare debeam, non uideo. Adpinximus igitur, quę a nostris herbarijs nobis demonstrata est Aron: quæ licet in quibusdam non respondet, ueluti quod hodie edendo non est, tamen in plurimis conuenit. Idem fecimus in Dracontijs quę sequentur: libenter concessuri, si quis certiora, & fidedigniora demonstrauerit.

TEMPERAMENTVM.

Est calidi & sicci temperamenti in primo ordine, dissoluitque, relaxat, & extenuat.

Vires & Iuuamenta eius ex DIOSCORIDE.

Folia ad esum condiuntur, & arida per se decocta manduntur.

Radix, semen, & folia, Dracunculi uires habent.

Priuatim radix, ex fimo bubulo podagris illinitur, et Dracunculi more reponitur.

In totum ob mitiorem eius acrimoniam, in cibum expetitur.

A

EX THEOPHRASTO

Ari radix cibo idonea est, & folia eiusdem decocta in aceto mandipossunt.

Ad fracta etiam utilis est.

EX PLINIO.

Aron miris laudibus extulere. Primum in cibis foeminarum expetentes: quoniam mas dulcior esset, & in coquendo lentior, pectorisq; uicia purgaret.

Aridum in potione inspersum, aut eclegmate, urinam & menses ciret.

Sic & in oxymelite potum, stomacho, interaneis exulceratis, ex lacte ouillo bibendum: ad tussim in cinere coctum ex oleo dedere.

Alij coxere ex lacte, ut decoctum biberetur.

Epiphoris elixum imposuere.

Ex oleo hæmorroidum uicio infudere: lentigines ex melle illinentes.

Laudauit Cleophrantus, et pro antidoto contra uenena, pleuriticis, peripneumoniacis quoq; & tussientibus.

Semen intritum cum oleo, aut rosaceo, infundens aurium dolori Dieuthes.

Cleophrantus tussientibus, aut suspiriosis, & orthopnoicis, & purulenta exscreantibus, farina permixtum in pane cocto dedit.

B

Diodotus phthisiacis e melle eclegmate, & pulmonis uitijs, ossibus etiam fractis imposuit.

Partus omnium animalium extrahit, naturæ circumlitum.

Succus radices cum melle attico, oculorum caligines, ac stomachi uitia discutit.

Tussim, decocti ius cum melle,

• Ulcera omnium generum, siue phagedenæ sint, siue carcinomata, siue serpant, siue polypi in naribus, mire sanat.

Folia ambustis profunt, ex uino et oleo cocta.

Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta.

Etiam luxatis cocta cum melle profunt.

Item articulis podagricis cum sale, recentia, uel sicca.

Hippocrates quaslibet ad collectiones cum melle imposuit.

Ad menses trahēdos, feminis, uel radices drachmę duę in uini cyathis duobus sufficiunt.

Eadem potio, si a partu non purgantur, & secundas trahit.

Hippocrates & radicem ipsam apposuit.

Dicunt & in pestilentia salutarem esse in cibis.

Ebrietatem discutit.

Serpentes nidore cū crematur, priuatimq; aspides fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inueniant, peruncios q; Aro, aut Laureo oleo, fugiūt.

In folijs Ari caseus optime seruatur.

C

EX PLATEARIO Cap. 32.

Iari folia, id est, Aronis, mixta fimo bubalino, & cataplasmata, podagra iuuant.

Radix extenuat mediocriter, unde ad exspuendum pectoris humores utilissima.

Quartanam curat.

Ex autore P A N D E C T A R V M, & G A L E N O.

Ad prouocanda menstrua succus eius per pessarium inijcitur.

Tumores aurium resoluit, cocta radix in uino & oleo, per modum encatismatis, resoluitq; eosdem.

Sic adhibita, persanat etiam hæmorroides.

Omnia frigida apostemata, cum axungia ueteri intrita, digerit.

Schrophulas resoluit, cum squilla, & axungia ursina.

Puluis eius infusus in aqua rosacea, simulatq; maceratus, purificat faciem, & tubera exterit in ea.

Ex H I E R O N Y M O herbario.

Omniū præsentius ruptis medetur, ipsius aqua pota.

D Si quid etiam crassioris phlegmatis, aut cæterarum sordium uentriculi interioribus cohæreat, quod nauseam ciet, & edendi appetentiam diminuat, pulchre medetur, uel herba, uel radix trita, & in uino cocta, & in ieiunio pota.

DESCRIPTORES ARONIS.

Dioscorides lib. 2.

Plinius lib. 22. cap. 16.

Theophrastus lib. 7. cap. 11.

Galenus. 2. alimentorum, cap. 60.

Paulus Aegineta, cap. Aaron.

Galenus, 6. simplicium, cap. 56.

Hermolaus Barbarus, in Corollario.

Vergilius in commentario super Dioscoridem.

Auicenna, lib. 2. cap. 222.

Simon Ianuensis.

Autor Pandectarum.

Serapion, cap. 23.

Platearius, cap. 32.

Georgius, Valla, dictione Aaron.



Polygonum bistorta,
SLS

Sm. fl. 2. 236

F 3

1537.61



Polygonum bistorta L. β
 ELS.
 Sm. H. 2. 236

Woterwurz männlich

1537. 62



Chenopodium bonus-henricus, L.
 Conf. Aug. 317

Sm. H. 2. 10

Sam. H. 2. 60

Gut Heinrich.

C

D E C O L V B R I N A,

Rhapsodia Septima.

¶ N O M E N C L A T V R A E Maioris

Græcæ, *δρακοντία μεγάλη. ἴαρος. ἱράκισσ. ἄρος. ἴσαρθ.*Latinæ, Colubra. Colubrina, Serpentaria. Viperina,
Dracunculus maior. Dracontium magnum. Collum draconis.Germanicæ, *Natterwurz. Schlangenkraut.*

¶ Nomenclaturæ minoris.

Græcæ, *δρακοντία μικρά.*

Latinæ, Dracunculus Minor, Dracontia.

Germanicæ, *Klein Natterwurz.*

P L A C I T A A V T O R V M de Dracontio.

¶ Sententia DIOSCORIDIS de
Dracontio Maiore.Locus Dra-
contij.*ἀκῶν.*

N A S C I T V R Dracunculus Maior umbrosis locis circa sepes. Caulem habet erectum, bicubitalē, baculi crassitudine, uersicoloremq; innato leuore, ut angui similis uideatur. Abundant & euincūt in eo purpureæ maculæ. Folia fert Rumicis subinuicem implicita: fementem in summo caule racemosum, cinereo a principio colore: cum maturuit deinde, capillamentorum croci colore, puniceumq;. Radix Maiori Dracunculo est grandis, rotunda, candida, tenui libro uestita. Carpitur herba, maturescente iam semine, succusq; ex ea exprimitur, siccaturq; in umbra. Effoditur per messem radix, lotaq; in taleolas secatur, quæ funiculo traiectæ, in umbra siccantur.

Eiusdem descriptio M I N O R I S.

Habet Dracunculus alter Hederæ folia, grandia, & in folijs albescentes maculas: caulem rectum, bicubitalem, uario colore, anguium modo maculosum, intercurrentibus purpureis lituris, baculi crassitudine. Semen in summo racemosum, herbaceo primum: cum maturuerit autem, capillamentorum croci rutilo colore, gustumq; erodens. Radix illi est rotunda, bulbosa, Raphano similis, tenui libro uestita. Nascitur in umbrosis circa sepes insepta.

Sententia Plinij de Aro.

Eadem fere Plinius, ut in Aro citauimus.

D R A C O N T I I pictura ex A P V L E I O.

A Græcis dicitur Dracontea, alijs Asclepias, alijs Phytonion, alijs Anchomanes, alijs Sancromacon, quibusdam Aphrysson, aliquibus Thercon. Nonnullis Sceon. Item Dorcadion. Prophetæ Triphonem uocant, alijs Crocodryllon. Ostanes, Zorocustes, Theriophonon. Aegyptij Eminion. Itali herbam Dracontæam, et Colubrinam. Nascitur montibus sumis, ubi sunt laci, maxime locis sanctis. Terra Apulia super saxis, gustu dulci, tanq; castanea uiridis: saporē radix ima, caput draconis hēt.

B A R B A R V S in Corollario de Drancontio.

Dracunculus a caule uario, draconis more dicitur: siue a cauda quæ il-

li subrutila est, & draconis intorti modo conuoluta. Diffonant aliquan- **A**
 tum in hoc genere autores: Alijs Dracunculum ab Aro separantibus,
 alijs idem existimantibus. Glaucias Dracunculū syluestrem Arum uo-
 cabat. Phænis Aron, & Aroniam. Alij radicem Aron appellauere, cau-
 lem Dracontion. Theophrastus Aron putauit genus esse, sub quo spe-
 cies quasi multæ continerentur. Dioscorides quatuor uidetur fecisse ge-
 nera, Dracunculum maiorem, Dracunculum minorem, Aron, & Ari-
 faron. Quanquam in describendo Aro, discrepat a Plinio, De Dra-
 cunculo quoq; parum conuenit inter eos. Dracunculus hordeo matu-
 rescente foditur, luna crescente. Serpentariam sunt qui uocent. Inue-
 nio apud Hippocratem, & Ophim herbam, semine muliebribus me-
 dicinis utilem probari. Nec an eadem sit cum Dracontio, satis constat,
 etiamsi a serpente nomen habeat. Idem Hippocrates, candidam radicem
 cum nominat, Dracontij radicem, ut Galenus uult, intelligit.

Lib. 9. cap. 22.
 Quatuor ge-
 nera Colubri-
 næ secundum
 Dioscoridem.
 Serpentaria
 quæ.

Et rursus. Dracunculi duo sunt Dioscoridi, Maior, & Minor, ut
 prædiximus. Plinio tres. Vnus folijs Betæ non sine thyrso, flore pur-
 pureo, similis Aro. Alter radice longa, ueluti signata, articulosaq; tri-
 bus omnino cauliculis. Tertius folio maiore quã Cornus, radice arun-
 dinea, totidem, ut aiunt, geniculata nodis, quot habet annos, totidem
 etiam folijs. Aetius Dracunculi semen, occultari terra, & piperi simi-
 le describit. Olitores & Draconem uocatum ferunt, huic toto genere
 dissimile: quam mirabili quodam modo nasci prædicant, ex lini semi-
 ne incluso, raphanis, aut scyllæ bulbis, atq; in terra obruto. Pusilla her-
 ba, nigro & minimo semine, folio tenui, & oblongo, acri, & utranq;
 originem prodente, linguam & folio, & radice amburens, & aceti & sa-
 lis gustu, Pyrethrum sunt qui a ueteribus appellatam falso putent hanc,
 inter olera acetaria grauissimam.

B

Pyrethrum.

Genuina explicatio Dracunculorum omnium, per
 MARCELLVM VERGILIVM.

Miscuerunt adeo ueteres cum Aro Dracunculum, totq; nunc hsdem, nunc diuersis notis
 descripta Dracunculi genera ab illis fuerūt, ut nihil in re alioquin satis nota, difficilius, aut ipsi
 fecerint, aut per se legentibus ostendatur: quodq; anxius nos diu habuit, & adhuc habet, nec
 aliter in partes trahit uarias, perq; omnia uersat, q; qui in amoribus Medæ ab Apollonio pri-
 mum descriptus est, solis ex aqua fulgor, summi feriens laquearia tecti, nunquam stabilis, sed
 continua uersatione in omnes discurrens partes, Dioscorides est: & quæ in cunctis Græcis, duo
 Maioris, Minorisq; Dracunculi capita in eo leguntur, nullibi, quod egregiam diuersitatem faci-
 at, uariata eorum historia, aut medicina: etsi alterum Rumici, alterum Hederæ folia habere hic
 dixerit. Multiplex enim huic scriptori similitudo est, coloris, figuræ, quantitatis, uirium, alio-
 rumq; huiuscemodi. Fitq; ob eam causam sæpenumero, ut quod totum diuersum est, in parti-
 bus simile dictum, totam similitudinem referre male credatur: & quod undiq; simile est, in par-
 tibus differre dictum, totum dissimile falso habeatur. Quod in utroq; scriptoris huius Dracun-
 culo fieri facile potuit: in quorum altero folia Rumici in quantitate & figura, in altero Hede-
 ræ in colore comparari potuerunt. Nihil enim nobis, excusso diligenter utroq; capite, inuen-
 tum est adeo dissimile, diuersumue, ut alteram oportuerit, præsertim tam longam rei & medi-
 cinæ, hsdem uerbis historiam conficere. Auxitq; suspicionem nostram, quod nec Galenus, nec
 post Galenum Paulus Aegineta, diligentissimus in Græcis medicinæ autor, & qui scriptoris

Paulus
 Aegineta

C huius dicta ubiq; bona fide retulit, alterum hunc, & minorem Dracunculum nouerunt: nec post Græcos latini scriptores Apuleius, Ioannes Serapion, & quod multi apud nos est, uetustissimi Latini codices, in quibus unius tantum Dracunculi caput, alterius uestigium nullum ostenditur. Ex eo factum est, ut crediderim, & adhuc credam, unum tantum a Dioscoride Dracunculum hoc loco describi. Neq; enim uerisimile, si alter ille in natura Dracunculus esset, & ab hoc scriptore descriptus fuisset, relinquendum ab illis penitus fuisset. Et nihilominus in cunctis, & antiquissimis Græcorum codicibus, utrumq; hoc caput adhuc legitur. At non est eadem utriusq; historia & medicina. Concedimus id quidem: monemus tamen, uocum magis, q̄ rerum diuersitatem esse: nec ad constituendum rei genus satis id esse. At minori Dracunculo aliquid tribuitur, quod in maiori non legitur, quale est, incorruptum seruari folijs eius inuolutum caseum. Neq; id etiam diuersitatis necessitatem facit. Potuit enim in noua alterius eius capituli descriptione illud addi. Siquidem non Dracunculo Plinius, sed Aro eam uim tribuit: possuntq; eandem habere rationem, quæcunq; alia Minori addita magis q̄ alia inueniuntur. Quod nos obseruauimus: nec leui diligentia collatum cum antiquis scriptoribus in hoc ipso est. Præcipuæ utriusq; uires & natura sunt: deprehensæq; eadem, facile persuaserunt, duobus capitibus unum Dracunculum describi: nec duplex genus, sed duplicem eius historiam esse. Vterq; enim describitur, radice rotunda, tenui cortice, caule recto, bicubitali, crassitudine baculi, maculoso, angui simili, intercurrentibus purpureis lituris, semine in summo acinoso, colore primum uiridi in pallido: quam ob causam in altero cinereo, in altero herbaceo legitur: mox cum maturuit, rutilo croci colore. Vterq; circa sepes, demum & in umbrosis nascitur. Quod contra in utriusq; historia discrepet, folia tm̄ sunt, quæ in altero Rumicis, in altero Hederæ dicuntur: magna diuersitate, nisi qua ratione diximus, id euenerit. Poterunt uolentes, quod in historia factum a nobis est, in medicina etiam facere: collatisq; simul tam multis utriusq; remedijs, ex his etiam non duos, sed unum tm̄ Dioscoridi fuisse Dracunculum quondam existimare. In quam partem inclinat animus nobis, etsi utrunq; caput a nobis uersum fuerit. In tanta enim ueterum scriptorum & codicum uarietate, quæsita diligentius re ipsa, unum tm̄ Dracunculum in orbe hoc nostro nasci deprehendimus: duobusq; locis inuentam eius plantam, toto animo contemplari licuit, Maiori in hoc scriptore penitus & ubiq; similem. Quodq; relinquendum non fuerat, ante conceptum seminis, sagaci naturæ artificio, dignum in summo cacumine inter folia inuolucrum, & ueluti cucullum ex se proferentem, cuius maxima longitudo cubitalis erat. Surgebat a principio paulatim cucullus ille, augebaturq; in dies foris herbaceo colore. Dehiscens deinde seipsum pandebat, colore intus purpureo: languensq; in terram uergebat, relicto purpureo cucullo alio, caprini cornu figura, longitudine & mucrone, qui nunquam dehisceret, sed augente se semine, quod ab eo in inferiore parte claudebatur, particulatim ad incrementum seminis arefcens peribat, nec poterat immaturum nisi disrupto hoc cucullo semen uideri: tam diligens in concipiendis & seruandis rerum seminibus natura est. Cætera huius scriptoris picturæ egregie respondebant, præsertimq; folia, quæ totam acutæ Rumicis figuram referebant, & quod hic ait, sibi inuicem implicabantur sex, septemue uno pediculo pendentia. Nec aliter q̄ in hominis manu a brachiali quina diuisione digiti diuiduntur, cum tamen una manus sit, sic in Dracunculo idem folium in tot quot diximus diuisiones, quasi partes diuidebatur, sic inter se dispositas, ut altera alteram scandere & superstare uideretur: pendebantq; folia illa omnia ex uno, eoq; crassissimo, ut in folijs, & longissimo pediculo. Minimi enim humani digiti crassitudo, longitudo autem paulo minus q̄ pedalis erat. Comosaq; hæc tot foliorum in summo nudi glabriq; caulis positura, imaginē frondis eius ostendebat, qualem pueri Calendis Maijs in gente nostra, ad indicandā noui anni læticiam, circumferre soliti sunt. Huius Dracunculi oculati testes nos sumus. Minoris uero (modo alijs a Maiore sit) nec nos alijs sumus, nec nobis alijs testes fuerunt: relinquimusq; Minoris huius quærendam & inueniendam diligentioribus plantam. In quo non pigebit iterum monere omnes, non adeo ueterum historijs deferre, ut res ipsas uidisse & obseruasse utilius fore sibi non existiment. Quis enim alium, diuersumq; ab Aro Dracunculum existimabit, octauo de plantis uolumine, de radicibus quæ edendo sint Theophrastum his uerbis agentem audiens, ἢ δὲ τοῦ δρακοντίου, καλοῦσι γάρ τι δρακόντιον ἴρον, διὰ τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν τίνα ποικιλίαν, ἄβρωτον καὶ φαρμακάδιον. Quod est, Dracunculi autem radix (uocant enim & Dracunculum quendam, quoniam uario caule fit medicaminibus apta) in cibos non uenit. Videturq; his uerbis Theophrastus omnium, ut sic loquamur Dracunculorum genus facere Aron. Quis etiam ex Plinio certam Dracunculorum historiam collegerit: quam ipse non satis notam sibi esse palam testatur, & Aron dicit magnæ litis cum Dracuntio esse. Nos, ut paulo ante diximus, unum tantum Dracunculum nouimus, & qualem, exceptis folijs, Dioscorides in utroq; capite describit. Nouimus & Aron, quemadmodum mox dicemus, facilem cognitu omnibus, tam frequēs umbro-

Dracunculus
unus tm̄.

D

his locis ea planta & olus nascitur. Plures a Dioscoride Dracunculi enumerantur appellationes, ab Aro, ob similitudinem & cognationem deflexæ: aliquot a draconum, serpentumq; genere factæ etiam sunt. Nam quam hic Romanorum esse ait Luremon, in aliquibus Græcis sic legitur, ut Colubram fuisse ueram lectionem, conijcere facile sit. Cyperis uero, a similitudine radicis odorati, quadrati Iunci, quæ Cyperis appellatur, dictus Dracunculus fuit, cui bulbosa radice similis est.

I O A N N I S S E R A P I O N I S D E

Aro, & Dracontijs Sententia.

Luff, id est, Dragantæa, & est Dracontion.

Duæ sunt species eius. Vna earum dicitur in Græco Aron: & secunda Dragantæa. Sed Aron habet folia similia folijs Aragantææ, nisi quia sunt minora eis, sine macula: & habet crus longitudinem quasi unius palmi. Color eius purpureus. Et in ea est similitudo pistilli, cuius color est citrinus, uel croceus. Et habet radicem albam, similem Aragantææ: & coquitur, & comeditur, & minus calida est, q̄ radix Aragantææ.

Secunda Aragantæa, habet folia similia folijs Cussus, magna. Et habet maculas albas, minutas. Et crus eius est æquale, longitudine duorum brachiorum, simile corno serpentis. quoniam color eius est purpureus, maculatus diuersis coloribus. Et est sicut uirga in sua crassitudine. Et habet in summitate linguæ simile racemo uuæ, cuius color in primis, quando apparuerit, est similis colori papaueris: & quando maturatur, est similis colori citri. Et pungit linguam. Et radix eius est rotunda, similis radici bulbi, similis radici herbæ quæ dicitur Luff: & super ipsam est cortex tenuis. Nascitur in locis umbrosis, humidis, & in campis. Et oportet colligere radices eius tempore messis, abluui, incidi, & in umbra siccare.

S I M O N I S I A N V E N S I S

opinio de COLVBRINA.

Viperina, ipsa est Aragantæa, seu Serpentaria, idem secundum quosdam. Verum in libro antiquo aliam uidi depictam, Plantagini similem, auctioribus tamē folijs, quæ nascitur iuxta flumina, aut segetes, folijs mollibus, gustu aspero.

D E S C R I P T I O Serpentariæ per I O A N.

M E S V E lib. de simplici. laxatiuis.

Luff, id est, Serpentaria, est planta, quæ dicitur, Collum draconis. Et ex ea, alia est plana habens folia, alia crispa: & radix Planæ ad nigredinem attinens exterius, interius uero alba est, Crispæ uero exterius cinericea, interius uero alba, & ad citrinitatem declinat: & super utriusque radicem eleuantur thyrsi, habentes maculas ad modum serpentis.

E L E C T I O eius, & probatio

ex eodem M E S V E.

Melior pars totius plantæ est radix. Et melior radix est crassa, completa, & orta in locis liberis. Et melius tempus collectionis eius est Ver, & principium Aestatis.

A

Aron.

Dragantæa.

B

Locus, collectio.

C

I V D I C I V M N O S T R V M.

Multam gratiam Veteribus debemus, qui Herbarum uires & nomina, primi nobis prodiderunt: multam etiam ignominiam, & perpetuam contumeliam ijs, qui posterioribus seculis, mire & portentose omnia deprauarunt & confuderunt. In primis Pandectario scriptori, & Simoni la nueñ. qui præterq̃ q̃ omnia miscuerunt, in hoc tm̃ sudasse uidentur, quo modo ingentia uolumina comportarent, non q̃utilem operam posteris locarent, uel rerum potius cognitionem indagarent. Quod si eorum opera factum est, præstitisset, nunquã adhibuisse manum. Quando non est cuiusuis, rerum uocabula scribere, sed hominis prorsus in linguis & literis omnibus exercitissimi. Si & illorum libri corrupti sunt, quod mihi uerisimile non est, cum sint recentissimi, perpetuis tenebris digni essent tam perfidissimi corruptores. Inde etiam hoc malum maximum, q̃ tam paucas Herbas nouimus. Inde tot myriades barbarorũ, obsoletorũ & ineptissimorũ nominũ, dum & omnia illi uetera corruperunt, uel neglexerunt: & quælibet hodie Anus noia imponit, quilibet q̃q̃ indoctus seplasiarius, & qui artis Magistri haberi debebant, nihil magis postremũ habent, q̃ in Herbis, & cognitione rerum philosophari. Sic nuper rumpi poteramus in Serpentaria herba depingenda & delinianda, cuius tam multas species nobis exhibebant herbarij & uetulæ, ut non plura capita habuerit illud quondam Herculis lernæum monstrum. Quare ueniam etiam mereri nos puto, sicubi non acu etiam pinxerimus omnia. Duas tm̃modo species subiunximus, quæ passim in hortis & cultis locis habentur conspectiores. Præterea & eam adpinximus quæ uulgo, **Gut** Heinrich uocatur, uel **Schwerbel**. Ita enim uetulæ nos persuaserunt. De descriptione, & q̃ omnia respondeant, alij uiderint.

Gut Heinrich

T E M P E R A M E N T V M E X M E S V E.

Crispa calidior est, ut inquit Dioscorides, q̃ Ruffa. Et dixit, Ruffa plana, calida est in primo gradu, Crispa in secundo. Et dixit Galenus, Plana calida est in principio secundi, Crispa in fine eius: & est quasi uerius. Et est in utraq̃ caliditas & acuitas: quæ si ponatur in superficie, cū substantia terrea, uincit. Et utraq̃ est abstersiua, incisuiua, penetratiua, apertiua, & humorum subtiliatiua. Crispa autem ad hæc omnia fortior.

N O C V M E N T A E I V S.

Nocet utraq̃ acuitate sua hepati, & uentriculo, attrahens ad ea membra, quicquid usquam est perniciosorum humorum in toto corpusculo. Odor præterea, teneros conceptus abortu uiciat.

R E C T I F I C A T I O E X M E S V E.

Verum hoc quicquid est malicie, emendatur cum Rob, aut melle pasfularum, aut speciebus aefanginis. Proinde commiscendo ei aliquid ex simplicibus stomachicis, stipticis: cuiusmodi sūt Citonia, et Mastiche: ministratur & trochisci Diarhodon, post eius exhibitionem.

Præparatur etiam sic. Munda radicem Crispæ, & laua in uino, dein

de coque in aqua: uel si id non lubet, & magis expedit, uigorem enim co- A
quendo remittit, tere puluerem eius lib. duas, & rob, lib. vi. uel mellis &
rob, ana lib. iij. piperis, cinnamomi, zinziberis, macis, gariophilorum ana
drach. ij.

V I R E S & Iuuamenta ex D I O S C O R I D E.

Cum diluta potione crudam, coctamue, cū melle delingi, prodest con-
tra orthopneas, rupta, conuulsa, tussim, & destillationes.

Pota cum uino, Venerem stimulat.

Ulcera quæ cacœthe uocantur, atq; phagedenica expurgat, præser-
tim cum uite alba.

Ex ea & melle, collyria ad fistulas, & partus euocandos cōponuntur.

Ad uutiligines cum melle, efficaciter illinitur.

Polypos, & carcinomata absumit.

Succus ad oculorum medicamēta, item contra nubeculas, caliginem,
albuginesq; effectum præbet.

Herbæ, radicisq; odor, teneros conceptus abortu uiciat.

Item si triginta grana eius in pasta bibantur.

Sunt qui eius succum cum oleo, aurium doloribus infudere.

Quinetiam folia, utpote quæ adstringant, uulneribus recentibus im-
posuere, & cocta in uino permionibus.

Qui folia manibus affricuerit, aut radicem aperuerit, posse a uipera fe-
riri, inficiantur.

I V V A M E N T A Minoris ex eodem D I O S C O R I D E. B

Seminis succus cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat.

Naribus ex lana impositus, polypum absumit.

Carcinomata illitu sistit.

Triginta eius grana, si pasta bibantur, abortus inferunt.

Odorem aiunt posteaq; flaccidi flores emarcuerint, conceptus adhuc
teneros enecare.

Radix exolfacit.

Orthopnoicis, uulsis, ruptis, tussi, destillationibus medicatur.

Humores pectoris excreatu faciles reddit, siue cocta, tostaq; cum mel-
le, aut per sese edatur, siue farina eius ex melle delingatur.

Vrinam pellit.

Venerem excitat, cum uino pota.

Phagedenas ulcerum, & quæ Cacœthe uocantur, trita cum melle &
brionia alba, expurgat, & ad cicatricem perducit.

Collyria ex ipsa, ad fistulas, & eijciendos partus fieri solent.

Qui radice sua manus perfricuerint, a uiperis feriri negantur.

Illita ex aceto, uutiligines emaculat.

Folia recentibus uulneribus concerptorum lintheolorum uice conue-
nienter imponuntur.

Decoctam in uino, pernionibus imposuisse prodest.

- C** Caseus folijs inuolutus, a putredine defenditur.
 Succus radicis, ad nubeculas, albugines, & oculorū caligines cōuenit.
 Radix cruda, coctae, ad sanorum usus pro olere recipitur.
 Eadem ad uerbum fere Plinius lib. 22, cap. 16.

E X A P V L E I O.

Herbæ Dracontæ radix, cum axungia factio malagmate, ossa fracta e corpore extrahit, & lapides quoq; si insint.

E X P L A T E A R I O cap. 35.

Ad dealbandam faciem, & mūdandam, puluerem eius tere cum aqua rosacea: inde rursus exiccata in sole aqua, & siccato puluere, adde cerusæ drach. 1. cum aqua rosarum, & line.

Contra Cancrum, accipe partes tres pulueris Colubrinæ, et tertiā calicis uiuæ, atq; cū aceto distempera. Deinde tereto in testula, in igue, uel in furno. Ad postremum inspergito, corrodit eū, mundificat, & sanat.

Ad apostemata maturanda & rumpenda, decoquantur folia eius in oleo, & superponantur.

E X M E S V E.

Solutione phlegma educit.

Confortat renes, & mundificat.

- D** Est ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem.

Dixit Democritus, Iuuamentum utriusq; speciei est magnum omnibus doloribus hæmorrhoidarum, & uentositatibus earum secundum omnem modum administrationis earum: & nos experti sumus.

Et est magni iuuamenti super crudum humorem, qui est in stomacho, & renibus.

Dixit Galenus, quod resoluit duriciē splenis, & aliorū membrorum.

D E S C R I P T O R E S C O L V B R I N A E.

Dioscorides, lib. 2.

Theophrastus, lib. 9, cap. 22.

Plinius, lib. 22, capite decimosexto.

Apuleius, capite decimoquarto.

Barbarus in Corollarijs.

M. Vergilius.

Io. Serapion, cap. quadragesimotertio.

Galenus, 6, simplic, cap. Serpentaria.

Simon Ianuensis.


Autor Pandect. dictione Luff.

Mesue lib. de simplicibus laxatiuis.

Platearius, capite tricesimotertio.

Valla, dictione Dracontion.

Macer, dictione Colubrina.



Hasselwurz.

DE ASARO Rhapsodia Octava.

INOMENCLATURAE.

Græcæ, ἄσαρον. νάρδος ἀγρία. αἶμα ἀρωσ.

Latine, Perpenſa, Aſarum, Ruſtica nardus. Nardus agreſtis, Vulgago, Sanguis Martis.

Germanicæ, Haſſelwurz.

PLACITA AUCTORVM de Aſaro.

Gnome DIOSCORIDIS

de ASARO.

CORONARIA & odorata herba Aſarum eſt. Hæderæ folia ^{ἕκαστον} habet, ad radicem purpureos, odoratos uasculos Apollinari herbæ ſimiles: in quibus ſemen, acinorum nucleis ſimile, in quo rare, ſubſperæq; angulorum figura cuspides ſunt. Radicibus nititur numerofis, geniculatis, ſaporis calidi, & linguam erodentis, tenuibus, obliquis, gramine ſimilibus, ſed longe gracilioribus q̄ gramen, & odoratioribus.

A S A R I descriptio ex P L I N I O lib. 12. cap. 13.

Nardi uim habet & Asarum, quod & ipsum aliqui syluestrem Nardū appellant. Est autem Hederæ folijs, rotundioribus tantum, mollioribusq; flore purpureo, radice Gallici Nardi. Semen acinosum, saporis calidi & uinosi, montibus in umbrosis bis in anno floret: optimum in Ponto, proximū in Phrygia, tertium in Illyrico. Foditur cum folium mittere incipit, & in sole siccatur, celeriter situm trahens. Et lib. 21. cap. 6. Quinimo Asarum inuenio uocari, quoniam in coronas non addatur.

Sententia M E S V E de Asaro.

Asarum est radix herbæ montanæ, cuius folia sunt angularia sicut folia Hederæ, & flores eius sunt quasi flores hyoscyami, & est tota planta eius aromatica, & mordicans gustum.

Aggregatio H E R M O L A I B A R B A R I de Asaro.

Asaron præter cæteras differentias, molliora quoq; folia continet q̄ Hederæ, radice gallici Nardi, semine saporis calidi & uinosi. Bis anno floret, Vere, & Autumno. Error librariorū est in Plinio, qui alicubi iubere uidetur, siccandum in sole, alicubi in umbra. Nisi quis posteriorem locū ita legat. Non quod siccandum sit in umbra, sed quod situm celerrime in umbra sentiat. Non ignorandum, Baccarem omnino aliud esse, q̄ Asarum: etiamsi medicinas, quas D I O S C O R I D E S Asaro adsignauit, Plinius apud nos Baccari magna ex parte accæptas retulit. Nec mirum: cum sit earum natura uiribus & effectu proxinia. Cæterum Perpensam, siue Perpræsam (nam utrunq; legit̄, ut in Baccare latius exposui) non Asarū, ut Dioscorides, sed Baccarē intelligi Secundus noster uoluit. Contra quoq; descriptio Asari a Dioscoride facta, congruit Baccari multis partibus. Primū quod odor ei Ciñamomo uicinus reddī, ut Asaro. Deinde, q̄ gracili, nec humido solo prouenit ut Asarum. Alioq; reprehendunt̄ a Plinio, qui Nardum rusticū radicē Baccaris appellauere: quia Nardum rusticū proprie sit Asarū. Quod uero Dioscorides coronamentariam esse dicit herbam Asaron, id Baccari potius q̄ Asaro conuenit: propterea quod Asaron uocari scribunt, quod in coronas, atq; ferta non addat̄. Legebatur in Dioscoride, Romanos Asarum Peritresam uocare, nos Perpensam, aut Perpræsam ex Plinio correximus. Autor is eandē opinor herbā, 21. lib. Perpensam, lib. 26. Perpræsam nominat. Codices etiamnum sunt, in quibus non Perpræsa, sed sparsa legitur, ut existimo corrupte. Legitur & Asarus, non pro Asaro, sed pro Arisaro mendose. Quid enim incolume relinquit Medicorum imperitia?

E L E C T I O eius secundum M E S V E N.

Melior pars plantæ est radix: & melior radix est quæ crassior, densiorq; extiterit, cuius odor subtilis, sapor acutus, cum modica stipticitate.

T E M P E R A M E N T V M.

Excalfactoriam uim habet, eandemq; siccitatem in tertio gradu, ut uocant. Sunt qui calidum in secundo constituent, siccum in tertio, Extenu

Cōtrouersia
de Baccare, &
Asaro, simili-
bus & cogna-
tis herbis.

Locus est li-
bro, 21. cap. 6.

atq; aperit, resoluit, & impellit.

A

R E C T I F I C A T I O .

Ad laxandam aluum, corroboratum cum aqua casei, cum spica, & aqua mellis .

Sustinet mediocrem contusionem, & concoctionem.

Quidam musto macerant, seruantq; per trimestre .

Vtunturq; ea potione ad hydropem, & lienem .

Quale auctori P A N D E C T A R V M uideatur Asarum .

Asarū est Vulgago, uel Gariofilata agrestis, Centūneruīa, Cenūcerria,

V I R E S & Iuuamenta eius ex D I O S C O R I D E .

Calefacit, & urinam cit .

Ideoq; subeuntibus cutem aquis accommodatum est .

Vtile & diutinis coxendicis doloribus .

Ducunt menses cum mulla aqua potę radices eius, pondere drachmarum septem, purgantq; Veratri albi modo .

E X M E S V E .

Mouet uomitiones . Elicitq; & choleram, & phlegma .

Reducit humores perniciosos ex remotis membris .

Confert eius decoctum omnibus opilationibus hepatis, lienis, & interaneorum omnium .

Vnde datur hydropicis, ictericis, spleneticis, & feбри .

Est ex his quę sperma, & semen augmentant .

D O S I S .

Eius dosis infusi potio, est ab aureis duobus, usq; ad unc. iij. & pulueris ab drach. i. usq; ad aureos. ij. B

E X M A C R O A E M I L I O .

Est Asarum gręce Vulgago dicta latine .

Hęc calidę & siccę uirtutis dicitur esse,

Tertius est illi gradus, ut dicunt, in utroq; .

Iecoris medicatur sumpta dolori,

Et uuluxę morbo decoctio subuenit eius .

Dicitur Ictericum potata repellere morbum,

Helleboricę modo uomitu pręcordia purgat :

Sed non est huius purgatio tam uiolenta,

Nec metuenda quidem, si fiat taliter illa .

Aetatem, & uires eius circumspice primum

Quem purgare uoles, & tempus quale sit anni,

Et si sit regio feruens, uel frigida ualde,

Aut si temperiem medium tenet inter utranq; .

Nam senibus, puerisq; parum donare licebit :

Aetatis medię plus ijs, iuuenesq; requirunt :

Pinguibus & ualidis plus dandum, q̄ macilentis,

Debilibusq; uiris: magis in gelida regione

Regula generalis in ministrandis Simplicibus .

C Dandum, q̄ calida, duris quocunq̄ labore
 Plus illis tribues quos reddunt oia molles.
 Hæc circumspiciens, & cætera talia tractans,
 Non solum tutus dabis hanc, sed quaslibet herhas
 Quæ purgant uomitu, uentrē, stomachūq̄ resoluūt.
 Sed est de cunctis dixi, communiter hærbis
 Quo sit danda modo proprie **Vulgago docebo.**
 De folijs eius triginta recentia tollens,
 Adde meri tantum, quo possint cuncta recondi:
 Tota nocte mero facias macerentur in illo,
 Mane terens uino, quo sunt macerata, resolue.
 Tunc olus excoctum, cum pingui carne recenti,
 Porcina, prius ægroto da sufficienter,
 Et sumat uini uult quantum fortis, & albi:
 Sic Afari succum, colatum, trade bibendum.
 Fortibus & magnis est hic numerus foliorum
 Sufficiens, reliquis (ut diximus) est minuendus,
 Iuxta quod uires, ætas, & cætera poscunt.

Solutiuū de
 Afaro.

EX IOANNE VIGONIO.

D Radix macerata in lixiuio, & subinde lotum ex eo caput, uehementer
 cerebrum confortat.

EX SERAPIONE.

Quando miscetur cum uino & oleo, inungiturq̄ in eo corpus, calefa-
 cit ipsum.

Eius quoq̄ drach. vii. aut aurei. 7. cum aqua mellis, purgant Hellebo-
 ri modo.

Admiscetur quoq̄ confectionibus aromaticis.

Mixtum collyrijs, attenuat tuniculam eam, quæ uocatur cornea, & cla-
 rificat uisum.

EX PLATEARIO.

Vulnera mundificat.

Et hydropem per urinam purgat.

Pro quo pondus & semis ponatur Acori.

EX AVICENNÂ.

Aperit & sedat dolores omnes interiores, & proprie eius infusio.

EX NOBILI HERBARIO HIERONYMO.

Aqua Afara, uel decoctum eius potum, foetum pellit, & uiuentem &
 mortuum: quare prægnantibus propinanda non est.

Eresypelam refrigerat, & Hepar ardens immodice.

AUTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides lib. 1.

Plinius, lib. 12. cap. 13. lib. 21. cap. 6.

Mesue in simplicibus.

Hermolaus Barbarus.

Aemilius Macer.

Autor Pandectarum.

Platearius, cap. 32.

Serapion, cap. 254.

Ioannes Vigonius.



Symphoricarpos officinalis, L.
C.B. 257

Purple flower -

Waltherz männlich.

88 2

1537.75



Symphytum officinale, L.
G. B. 259.
Wurz. Flamm.

Walwurtz weiblin.

1537. 76

DE OMNIBVS Consolidis. Rhapsodia Nona.

A

¶ NOMENCLATURÆ Consolidæ Petreæ.

Græcanicæ, *συμφύτον. πετραϊόν.*

Latinæ, Symphyton Petræum. Consolida Minor.

Germanicæ, **Walwurz. Beinwel.**

¶ NOMENCLATURÆ Consolidæ Maioris.

Græcæ, *συμφύτον. πικτόν.*

Romanæ, Solidago. Consolida maior. Anagallis maior.

Germanicæ, **Walwurz. Schwarzwurz.**

¶ PLACITA & pronunciata VETERVM de Consolidis.

DIOSCORIDES lib. 2. de Symphyto Petræo.

SYMPHYTON PETRÆON nascitur in petris. Ramulos habet Origano similes, capitula ut Thymi. Tota est lignosa, et odorata planta, sapore dulci, & saliuã prouocante. Radicem habet longam, subrufam, digitali crassitudine.

DE SYMPHYTO ALTERO.

Alterum uero Symphyton duum cubitorum altitudine ex se mittit, leuem, crassum, angulosum, Sonchi modo cauum: circa quem folia sunt non magnis interuallis distantia, hirsuta, angusta, oblonga, ad Linguae bubulæ, quam Buglossam uocant, foliorum figuram accedentia. Habet & caulis secus angulos illos, exilium, & cauli adiacentium foliorum a singulis alarũ cauis eminentes productiones quasdam, in quibus flores lutei sunt, Rutæ similes, & semen quale Verbascus habet.

B

PLINIVS lib. 27. cap. 6.

Alum nos uocamus, Græci Symphytum Petræum, simile Bubulæ folijs paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice, cacuminibus Thymi, surculosum, odoratum, gustu dulce, saliuam ciens, longa radice, rutila. Nascitur in petris. Ideoq; Petræum cognominatum.

APVLEIVS.

Symphytum nascitur in petrosis, lignosisq; locis, iucundi odoris, saliuam prouocans, ramis Origano, aut capitelli Thymi similibus: radice longa, fulua, in robore digitali: & habet thyrsus bicubitalem, geniculatum, inanem: in quo folia hirsuta, angusta, & ueluti longa, cum adnationibus: flore nigro, fructu sine semine floccorum corticis simili, prurientum mouens, radices exterius argillofas, uirtutis densabilis.

AUTOR PANDECTARVM.

Præter Symphytum, est alia Consolida, dicta Rubea, uel Bistorta, uel Tormentilla: habetq; uirtutem consolidandi.

Tormentilla
species Con-
solidæ.

HERMOLAVS BARBARVS, de Petræo Symphyto.

Symphyton Petræum, nos Alum Gallice uocamus, folijs paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice. Nascitur in petris. Symphyto autē Græci nomē imposuerunt, quod consolidet. Hanc Veneti Cotoneam appellant, rosæ, ut inquit Plinius, radicis alibi albæ, alibi nigræ.

Cotonea.

C

I D E M D E M A I O R I S Y M P H Y T O .

Hoc Galenus Symphyton mega, id est, magnum cognominat, nec gustu dulce, nec odoratu, ut superius. Herbarij recentiores tria genera Symphyti constituunt, præter Petræum, quod ne cognoscunt quidem. Magnum. Minus, sed radice intus & foris alba, fere bulbi effigie rotunda. Minimum, flore in spicam purpureo, nec folio quidem Origani ut Petræum, sed in humidis genitum, radice lignosa, superuacua, nec odorata, nec dulci, nec saliuam ciente: quæ sunt in Petræo omnia.

M A R C E L L V S V E R G I L I V S .

Iactant supra Dioscoridē nostræ ætatis herbarij plura etiam alia Consolidæ genera se inuenisse, quæ medicis, & illis censenda relinquimus.

E R R O R A V I C E N N A E C I R C A S Y M P H Y T U M & S U C U T U M ,

quem deprehendit Marcellus. Epistolarum lib. 6. Epistola. 6.

Ad id, quod tertio loco, de Sucuto petis, nemo qui Auicennæ caput. 2. lib. 642. ubi de Sucuto agit, capiti Dioscoridis de Symphyto comparauerit, ambigere poterit, idem esse Auicennæ Sucutum, & Dioscoridis Symphyton: erroreque uel interpretis, uel ipsius met Auicennæ contigisse, ut Semperuium dicatur, Errasse autem Auicennam, uel potius nescisse quid esset, ex eo constat: quod uarias de eo opiniones & 2. & 3. lib. affert, nec uni præ alijs adhæret. Secundo enim lib. alios existimasse, quod esset Semperuium, alios quod Mandragoræ cuiusdam semen, alios aliam rem. Lib. etiam. 3. cap. de sputo sanguinis, duas de ea sententias affert. Nam postquam dixerat, quod est Semperuium, aliam cuiusdam Aggregatoris subdit opinionem. Non enim de alia medicina loquitur, sicut Iacobus cognomento de Partibus est arbitratus, sed de eodem Sucuto ait, scripsisse uirum quendam in suis aggregationibus, esse Calamenti, id est, Origani specie, hoc est, similitudine. Origanum autem dici ab Auicenna Calamentum. 2. lib. manifestatur, cap. 178. ubi sub Calamenti nomine, de omnibus Origani speciebus pertractat. Deinde subdit eundem uirum dixisse, quod nascitur inter lapides: utrumque autem primæ Symphyti speciei adscribit Dioscorides, nasci uidelicet inter petras, & Origani trahere similitudinem, tertiumque cum his, sputo sanguinis prodesse. Melius igitur quam Auicenna coniecisti, & Sucutum esse Symphytum, & utramque eius speciem uulgo dici Consolidam. Quarum Maior passim apud nos nascitur, & a similitudine radicis, Lucanicam uocant: Miranduleñ. Alam nominant, Alum uolentes, uel potius debentes dicere. Ita enim primam eius speciem nominat Plinius lib. 26. & 27. in saxis nascentem, ramis Origani tenuibus, in cacumine thymi capitibus, surculosam, odoratam, gustu cum dulcedine, saliuam ciente, radice longa, rutila, digitum crassa, Quam si (ut scribis) conspicatus es, & apud te habes, rem mihi pergratam facturum scias, si uidendam miseris.

G E N S V R A N O S T R A .

Nemini dubium est, quin ab effectu nomen inditum Solidagini sit, Nempe a glutinando, figendoque, quod præ multis alijs in primis facit. Nihil itaque uetat, quin et alijs quoque herbis possit competere id nominis, quibus uires pares, & temperamentum æquale. Quod si donamus, nihil etiã hallucinari mihi uidetur, qui hodie quatuor, uel quinque eius species ostendunt, scilicet maiorem, minorem, mediã, & regalem. Libenter igitur auctori Pandectarũ permittimus, suã Tormentillam, triuialibus Herbarijs suam Consolidã regalem, uulgo, **Rittersporen**, alijs suã Anagallida. Agnosci mus quoque sub eo nomine, quam D. Theobaldus Fettichius nobis exhibuit, minusculã, & humi se propagantẽ Solidaginẽ, quã ille appellat, **Maslieb**, uel **Zeitlöflin**. Cuius ego iudiciũ malim, quam centũ somnatorũ, qui præter eruditionẽ & experienciã, de qualibet herba pronunciant.

Error Auicennæ.

D

Iacobus de Partibus.

Lucanica Ala.

Theobaldus Fettichius.

TEMPERAMENTVM.

A

Ex contrarijs potentijs constat, ut inquit Galenus. Habet namq; uim secandi, qua comprehensum in thorace & pulmone pus purgat. Habet & hoc pariter, ut educationibus sanguinis opituletur. Ob humiditatē uero mansum, sitim sedat, arteriæq; asperitati medetur. Ideo inflāmati intestinis imponitur, & ad rupta, & conuulsa cum melle bibitur.

IOANNES VIGONIVS.

Cōsolida est calida et sicca, cū caliditate tēperata, et cū hūiditate uiscofa.

VIRE ET Iuuamenta EX DIOSCORIDE.

Trita, & pota, cruentis exspuitionibus, ruptisq; proficit.

Recentia uulnera conglutinat illita.

Inflammationibus, præsertim sedis, & intestinorū, cum folijs Senetionis utiliter illinitur.

Enteroccelas cohibet.

EX PLINIO.

Si inter duos lapides conterať, miraculose antraces extinguit, & dysenterias cōpescit.

EX APVLEIO.

Ad profluuium mulierum, herbæ Consolidæ puluerem mollissime contritum, potui dabis in uino, & restinguet.

Radici cinerem tepidum coquito, et ex melle ieiuno da, medebiturq; conuulsis, uel intus ruptis, & ex thorace laborantibus.

Ad stomachi dolorē, si cum oxygaro edas, magnū beneficiū senties.

B

Cōtra tussim, herbæ Consolidæ radices in chaldari decoques cū melle & pipere, & castoreo ad quartas, & in uino ueteri, ieiuno dato in potu.

Hęc herba hoc augmentū habet, ut carne bubula concisa, & in cacabū missa, eius radici si miseris drachmas. ij. cocta caro in unū cohærebit.

IOANNES VIGONIVS.

Omnes Consolidæ, uirtutē habent consolidandi, & conglutinādi uulnera recentia.

EXPERIMENTA.

Oris ulcera, rimas, & condylomata mirabiliter restituit.

Item uulnera recentia, inspersa cum panno illius aqua, uel succo, pondere unc. ʒ 5. pota quotidie, sanat uulnera interna, & rupturas.

Conuulsiones sufferuescentes cōpescit, siue quascuncq; alias etiā ustu. Succus, cum oleo mixtus, sanguinem sistit. (ras, et ardores,

Breuius, uulneribus omnibus commodissime adhibetur.

DESCRIPTORES SOLIDAGINIS.

Dioscorides lib. 2. dict. συμφύτον.

Plinius lib. 27. cap. 6.

Galen. lib. 8. simpli. cap. 125. 126.

Idem lib. 26. cap. 8.

Ad Paternianum. 153.

Apuleius dict. Consolida.

Georgius Valla, dicti. Symphyton.

Ioannes Vigonius.

Simon Ianuensis.

Autor Pandectarum.


Hermolaus Barbarus.

Marcellus Vergilius.

Hieronymus nobilis Empiricus.

Diapensia.

Sanicula europaea, L.
Shrub. fruct. 1. 314
musc. herb.
Sm. H. 2. 36



Sanicel.

1539. 80

D E S A N I C V L A.

A

Rhapsodia Decima.

IN O M E N C L A T V R A E.

Latinae, Diapensia, Sennicula, Sanicula,
Germanicae, **Sanickel**.

S C R I P T O R V M P L A C I T A.

Sententia HERMOLAIBARI

BARI, de Sanicula lib. 2. DIOSCOR.

dictione, Peplis.

SVNT APVD Græcos, qui Peplium pro Senna accipiunt: inter quos est Isacius. Ego diuersum puto genus: cum Senna filiquas, & in his semen ferat, Peplis non: transalpina herba, folio Vitis, aut Apij rubentibus. In sine sectionum, maculis quibusdam, furculis quoque rubris, ad radicem, quæ multis ei fibris subest, capitulis in summo frutice pusillis, subnigrisque. Huius succum in uulneratis in potum commendant.

S E N T E N T I A P A N D V L P H I C O L L I

N V T I I, de Sanicula, lib. defensionis Plin.

dictione Pentaphyllon.

Est Venetijs, in eo uico, quem Speciarium appellant, seplasiarj cuiusdam non ignobilis taberna, cui pro titulo, insignique sit, Aethiopsis caput. In ea liber est herbarius, tanta arte ac diligentia pictus, ut natas paginis illis suis herbas, non effigiatas, credas. In ea pictam uidimus, iisdem prorsus, quæ hic diximus, signis herbam, folijs quinque, quæ & ipsa quinque, ut pinximus, porrectiores angulos sinuatosque haberet: sed & fructus, quos fraga dicas: tum ad ipsam herbam, latinum nomen, Sanicula, Germanicum, **Sanickel**, scriptum est. Citanturque inibi de Sanicula hæc scribentes, in dinamidijs Galenus. Et Petrus Hispanus, is qui postea Pontificatum gessit, & Ioannes uicesimus primus, nuncupatus est: eum de medicina librum scripsit, qui Pauperum thesaurus inscribitur. Tum Ceruiensis episcopus quidam. Et laudensis Maphæus. Et Gilbertus anglicus, chirurgicus. Ea Sanicula Pentaphyllum ne sit, cur affirmem non habeo, cur negem non uideo.

Ex uulgo Herbariorum sententia.

Diapensia græce, latine, Ferraria maior, siue Consolida minor, siue Sanicula.

Nobilis Herbarius H I E R O N Y M V S.

Sanicula latinis dicta, Ferraria maior, siue Cōsolida minor, herba palmæ altitudine, uel amplius paulo, uulneraria. Est & altera quædam species, agrestis, rariorque & minus perspecta herbarijs, solo Maio & florens, et apparens, flosculis albis, iisque lepidis admodum: indeque enim paulatim disperit, abditque sese.

C

I V D I C I V M N O S T R V M.

Plura de Sanicula apud probatos autores non lego, nec quæ sit dicta Græce, uel apud Dioscoridem, a quoq; comperi. Diuinati sumus ultro, citroq; multa, uerum cum uana sit ea diuinatio, quam nō firmat certa aliqua scriptoris autoritas, nihil temere uoluimus pronunciare. Dñj potius malefaciant ignauis & male gratis prioris seculi herbarijs, qui in describendo tantopere illam posthabuerunt, uel nomē potius ipsius genuinū, germanumq; in barbarum commutauerūt. Interim uehementer probo uulgi herbariorum sententiam, qui hanc minorem Solidaginem constituunt. Dicimusq; id cum Galeno, faceissent nomina & uerba, rem teneamus. De re itaq; & eius effectibus, cum iam multa experientia cōstet, græcam eius nomenclaturam, & quibus sub nominibus apud Dioscoridem & Pliniū legatur, proinde an uera Pentaphyllon sit, uel potius eius species, ociosis, & nobis peritioribus, relinquimus.

T E M P E R A M E N T V M.

Compertum est esse calidam & siccā, tenelloq; succo, eo q; purissimo.

V I R E S E T I V V A M E N T A.

Omnia præstat, quæ Consolida.

Adiiciunt Experimentatores & herbarij, tumores reprimere, illitum, decoctumue succum, tam in homine q; in pecudibus.

D

Eius quoq; puluerem intritum melle, & glycyrizę succo, in ieiunio potum, interanea omnia phlegminantia, & pituitæ obducta, repurgare.

Idem efficere illius decoctū cum melle rosaceo, et sacharo addito. Præcipuus est eius usus, in potionibus uulnerarijs, cum Solidagine & Peruinca.

C O L L E C T I Q.

Colligitur in mense Maio, & uel in puluerem teritur, uel in umbra siccat.



Delphinium ambiguum, L.
C. N. 142

Delphinium consolida, L.
Suo. p. 3. 30

h 2

1537. 83

C

DE CONSOLIDAREGALI,
Rhapsodia Vndecima.

N O M E N C L A T V R A E.

Latinæ, Consolida regalis.

Teutonicæ, *Kittersporen*.

V I R E S E T I V V A M E N T A.

A B S T E R G V N T ruborem oculorum flores eius triti, atq; in aqua rosacea macerati: adeoq; tota ocularia herba est, quæ, quibuscumq; facile oculorum malis medicatur, & quæ uel conspecta etiam crebro sanet.

Ab studiosis in precio habetur, una cum Ruta. Siquidem credunt illi us crebro intuitu, nuncq; se ex oculis laboraturos. Quare in musæis suspendunt suis.

Aqua illius, uel decocto florum utuntur experimentatores, contra atram luem, ardores et æstus, tussim, tumores, uenena, uomitiones, & cholericam passionem, aduersus stranguriam, calculos, ischiada, & coxendicem. Item ad deiiciendam aluum.

Ei quoq; qui iam ex calore in syncopin decidit, si porrexeris Consolidæ regalis unc. .i. aquæ rosacæ Boraginis, & Buglossæ florū drach. .iij. & continuo refocillabitur.

T E M P E R A M E N T V M.

Calidi & sicci temperamenti.

T O R M E N T I L L A .

A



T. erecta, L.
multid.
 C. B. 326
T. officinalis, Sm.
T. erecta, L.
 Sm. pl. 2. 427

B

Tormentill. 1537. 85

De T O R M E N T I L L A , & uero Pentaphyllo .

Rhapsodia Duodecima .

IN O M E N C L A T V R A E .

Græcæ , ἐπτάφυλλον .

Latinæ , Tormentilla , Bistorta .

Germanicæ , Tormentill . Kotwurz . Blütwurz .

PLACITA SCRIPTORVM .

Sententia HERMOLAI BARBARI de Tormentilla
lib. 2. Dioscor. dictione , Sarxiphagon .

ALII TRITICI foliorum figuram Saxifragæ , alij marinæ
Bati similem dixere , alij Tormentillæ uulgo dictæ . Est autem , ut
uolunt , Tormentilla , Quinq̄folio herbæ similis , nisi quod septem habet
fere folia , non quinq̄ .

C E O D E M L I B R O dictione, Pentaphyllon.

Hippocrates duo uidetur nouisse Quinq̄folia. Candidum, quod & herbaceum, & procerius est a terra. Nigrum, quod humilium. Et est quæ Tormentilla uulgo dicitur, Quinq̄folio simillima, nisi quod septem, nō quinq̄ folia habet. Potest a nobis Heptaphyllon uocari, hoc est, Septem folia, ex cuius radice pastillos theriacos, si Dijs placet, officinæ pro uiperarum carne subiiciunt, quoniam uiperæ modo, ut ipsi putant, nonnunquā uisitur.

S I M O N I A N V E N S I S de Tormentilla.

Tormentilla, Potentilla, Consolida rubea, species Heptaphyllon, similis Pentaphyllo, nisi quod habet septem folia, sicut illa quinq̄, radicem rubeam.

Sententia I O A N N I S M A N A R D I de Tormentilla
& Pentaphyllo, Epistolarum lib. 6. In Epistola
ad Franciscum Graballum.

De Pentaphyllo ego libenter intelligerem, uulgarem ne hanc passim in uijs etiam stratis nascentē accæperitis. Ego non huius radicem accipiendam puto, sed eius quam Tormentillam uocant, quam licet Septifoliam maiore ex parte in Italia uideamus, hic, hoc est, in Pannonia, sæpius uidi Quinq̄foliam.

Sententia Autoris P A N D E C T A R V M.

D Bistorta, uel Consolida rubea latine, uel Tormentilla, Arabice Buseke. Est herba similis Pentaphyllo, nisi quod habet septem folia, utrinquē pilosa: & ideo uocatur Heptaphyllon. Cuius radix est rubea, et tortuosa, similis Galangæ, sed non habet acumen. Flos eius aurosus.

Sed notandum, quod est species Bistortæ, habens folia similia Lappatho acuto, nisi quia color foliorum ex uno latere est cœlestis, & ex alio uiridis. Flos eius rubeus, & radix rubea: quæ ab aliquibus uocatur Bardana maior, et ab aliquibus Lappa minor. Virtus eius, in omnibus est sicut primæ speciei, sed remissior.

I V D I C I V M N O S T R V M.

Nihil habeo quod respondeam. Nisi, si non Heptaphyllon esset Tormentilla, facile me pertrahere sinerem in sententiã Barbari, ut crederem esse congenerem Pentaphyllo: tam quadrant enim in eam Theophrasti & Plinij descriptiões, ut nullus pictor festiuus ac curiosus potuisset ac pingere. Pentaphyllon inquit Plinius cum effoditur, rubram habet radicē: hæc maturescens, nigrescit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorū habet. Et ipsa herba incipit, & desinit cum Vite. Quæ ex Theophrasto Plinius mutuatus est. Siquidem torta est Tormētilla: dein rubea: nec mature prouenit, sed cum uites iam florēt. Vnde fortasse herbarij etiam, Bistortam uocauerunt. Et quia uulneraria quoq̄ est, Consolidæ quoq̄ nomen addiderunt. Quanc̄ quæ de folijs controuersia est, facile etiam elui potest, quod quibusdam in locis, non solum Heptaphyllon, uerum etiã

Tormentilla
est uera Penta
phyllon secū-
dum Manar-
dum.

Pli. lib. 25, ca. 9

quinq; folijs uisitur. Confirmant hoc iudicium nostrum multi etiam alij **A**
docti uiri, quibus cum contulimus.

I V V A M E N T A eius ex autore

P A N D E C T A R V M.

Habet uirtutem consolidandi, & confortandi conceptum.

Datur & contra diffuriam, cum succo Plantaginis.

Menstrua cohibet ex ea fomentum, cum aqua fluminis, uel pluuiali,
& puluere friato.

Idem operantur pulueris partes duæ, Spicæ una, si cum melle interan-
tur, & uentri in modum emplastri imponantur.

Ad conceptum iuuandum fit emplastrum ex puluere, & pulueribus
alijs, quæ matricem & fœtum corroborant.

Vulnera sanguinem sudantia stringit, & glutinat.

Cum albumine oui puluis mistus, & in tegula coctus, uomitum cho-
lericum refrænat.

E X H I E R O N Y M O H E R B A R I O.

Aqua Tormentillæ, uel eius decoctum, omnibus facile uenenis resi-
stit. Vnde & ad præseruandum, & pellendam atram liem, tempore pe-
stifero datur.

Et hominum, & pecorum tumores potenter repellit.

Dysenterias, & omnes sanguinis fluxiones compescit.

Pota singulis diebus aqua unc. ij. pondere, uulnera sanat, absq; omni-
bus prorsus cataplasmatibus.

Eadem iniecta oculis caligantibus, clarificat ea, si sæpius inspergatur, **B**
idq; noctu, in somnum concessuro.

Confortat interanea omnia, cor, hepar, lienem, uentriculum, &
cerebrum.

Cancros, fistulas, carcinomata siccat & sanat.

Breuitè, quocunq; modo, & quibuscunq; morbis adhibeas, salubris
esse creditur.



Betonica officinalis, L.
C. B. 235
Sm. fe. 3. 97

Betonien.

1539. 88

DE BETONICA, Rhapsodia Duodecima.

A

¶ Nomenclaturæ.

Græcanicæ, ^{κίσρον.} ^{ψυχότροπον.} ^{θεία ῥίζη.}
 Latinæ, Vetonica. Betonica. Radix diuina. Chiron. Serratula.
 Germanicæ, **Betonien kraut.** **Brun Betonien.**

PLACITA AVTORVM, de herba Betonica.

Epigraphe DIOSCORIDIS Betonicae lib. 2.

VETONICA herba est, quadrangulum, tenuem, altitudine cubitali, & aliquando minorem caulem habens: folia longa, & mollia, Quernis similia, per ambitum incisuris diuisa, & odorata. Inter que maiora sunt, quæ ad radicem uiuunt. In summo caulium semen est, Satureiæ modo spicatum. Carpuntur folia eius, & siccantur: quorum frequentior usus est. Radices illi sunt graciles, quales Veratri, quæ pituitositas uomitiones cient, in dulci aqua potæ.

Picturatio BETONICAE ex PLINIO.

Vetones in Hispania inuenerunt eam, quæ Betonica dicitur in Galia, in Italia autem Serratula, a Græcis ^{κίσρον,} aut ^{ψυχότροπον,} ante cunctas laudatissima.

De inuentoribus Betonice.

Exit anguloso caule, cubitorum duum, a radice spargens folia fere Lapatii, ferrata, semine purpureo.

REPREHENSIO PLINII

per Nicolaum Leonicum.

Betonicam a Romanis dictam, a Græcis Cestrum, pingit Plinius, folio Lapatij. Dioscorides autem, cui magis adstipulatur sensus, folio Quercus. Alteram uero Betoniam, quæ alio nomine Britannica appellatur, folia Lapatij habere idem Dioscorides tradit: ut uerisimile sit, Plinium alteram pro altera pinxisse.

B
Lapsus Plinij
in Betonica.

PLINI DEFENSIO P. COL

linutij contra Leonicum.

Pari quoque impudentia fertur, cum errasse Plinium uerisimile sibi esse dicit in describenda Betonica, quod folio non quercus (ut Dioscorides) sed Lapatii similem Betoniam pinxit: quodque ea pictura Britannicæ herbæ ex Dioscoridis sententia, magis conuenire uideretur. Sed mirum profus, ut indiligens accusator apparuit, homo alioquin haud indoctus, qui Plinij uerba, nec penset, nec referat. Betonica, inquit Plinius, Serratula a nostris uocatur, a radice spargens folia fere Lapatii ferrata. Quis Lapatium ipsum, Betoniamque agnoscens (nemo enim unus est, qui ambas non norit) non graphice descriptam a Plinio Betoniam dicat: cum Serratulam uocari, & folia fere Lapatii, & ferrata habere illam uideat, meliusque aliquanto quam quercus similitudine a Dioscoride designatam: Cum folio quercus, non ipsa Betonica (a quercu profus dissimilis) sed Trixago magis, & Hieraborane describatur. Non ergo Lapatii folia simpliciter dixit Plinius, sed ferrata adiecit, quod subticuit, aut dissimulauit Nicolaus. Cum in Britannicæ descriptione notissimæ herbæ folia nigra, oblongaque, eodem libro dixisse satis esse putauerit: nec ferrata adiecit: quoniam incisuris illis, quibus Betonica distincta non sint. Quid autem aut frigidius, aut iniquius dici potest, quam ideo errasse Plinium dicere, quia Dioscoridis uerba, similitudinesque in pingendis herbis non usurpauerit, sed signa alia, & quæ aptiora uidebantur, adhibuit?

ADMIRATIO HERMOLAI

BARBARI circa Betonicas.

Illud mirum quibusdam, quod Plinius Betonicae folia Rumici scribit

C similia, hoc Dioscorides Britannicæ adsignat: cum Betonice querna potius uisuntur. Nec illud minus licet mirari, quam obrem mentiones duas Betonica meruerit. Nisi quis duo quoque genera Betonice demonstrata nobis a Dioscoride contenderit: duas & Paulus Aegineta Betonice facies intelligit, effectu parili, ut prædiximus.

S E N T E N T I A A P U L E I

de Betonica.

Betoniam, siue Britannicam, Græci Cestron, & Prioniten, ijdem Pyrinem, ijdem Alianthon, ijdem Psychotrophon. Item Thyarizon, Seropodion, & Pandiona appellauerunt, Prophetæ Hierathiorine. Romani Betoniam, nonnulli Serratam, & Ruzmarinam. Hæc herba nascitur in pratis, & montuosis locis, & opacis circa frutices. Animas hominum & corpora custodit, & nocturnas ambulationes a maleficijs, periculis, ab iustis etiam, & uisionibus metuendis tuetur ac defendit, & omni rei sancta est. Cestron uocatur, & Psychotrophon: siquidem frigidis reperitur in locis. Radicibus quidem tenuibus, & rubicundis, thyrsi tenuiore, ultra cubitum quadrangulo, folijs Quercui similibus, boni odoris, semine in summitate thyrsi spicato, modo Thymbrae.

Hæc fere Apuleius, uel Antonius Musa. nam de autore addubitant, qui nuper Apuleio, ex Basiliensi editione, uolumen de laudibus Betonice appenderunt. Quanquam non abludit fere Dioscorides, in alterius Vetonice descriptione: quod tamen caput omnes adulterinum, notumque existimant.

C O N F U T A T I O descriptionis Apulieinæ, & capitis in DIOSCOR. DE Betonica, per MARCELLVM VERGILIVM.

Britannicæ caput, in cunctis fere Græcorum codicibus, alterum Betonice caput supersticiose, & imprudenter est adiectum. In antiquissimis enim, quos habemus Dioscoridis Græcos & Latinos codices, nulli ubi legitur. Nec uerisimile est, post tractatam semel totam Vetoniam, intercedente alio capite, de eadem iterum agendum huic scriptori fuisse. Accedit ijs, quod nihil in hoc scriptore maiestate eius indignius, nec cui minus credere oporteat, quam ubi supersticiosum aliquod, & ad religionem nostram pertinens, ab eo docetur. Poterunt legentes, quod dicimus, ex his, quæ alij interpretes reddiderunt, censere. Nobis non placuit, religionem naturæ miscere, & quæ tam longo interuallo distant a scriptore hoc, eadem facere. Vana hominum mortalitas, hæc primū infert: mox imprudentia, & salutis studium excipit, exceptaque per manus diu feruntur.

Εἰκόνη Betonice ex S E R A P I O N E.

Kastara, id est, Betonica, est herba, quæ nascitur omni anno, habens uirgam subtilem, cuius longitudo est unius brachij, aut plus, & est quadrata: & habet folia longa, mollia, similia in figura sua folijs glandium, & in scissuris suis, habentia bonum odorem: & folia quæ sunt propin-

Supersticiosa
nimis Betoni
cæ uis.

Contra herba
rum supersti-
tiones.

qua terræ, sunt maiora folijs alijs: & in summitate uirgæ, est semen col- **A**
lectum in se, prope collectionem spicæ frumenti. Et assimilatur Satu-
reia, quæ dicitur Thymbra, & habet radices sicut Helleborus. Folio-
rum usus est tantummodo.

TEMPERAMENTVM EIVS.

Calida est, & siccans in tertio, ut inquit Platearius. Et uirtus eius est,
uulnera mundificare, & incarnare.

VIRESEIVS, & Iuuamenta

EX DIOSCORIDE.

Folia Betonicæ exhiberi debent, ruptis, conuulsis, mulieribus uuluae
malo oportunis, & ad laxandos uteri strangulatus, drachmæ unius pon-
dere, cum hydromelite.

Tres in uini sextario drachmæ, contra serpentium morsus ebibuntur.

Herba magna utilitate, illatis a serpente uulneribus illinitur.

Aduersus etiam uenena, drachma ex uino pota, conuenit.

Præsumpta ea, si uenenum hauriatur, nihil nocebit.

Vrinam ciet.

Aluum subducit.

Medetur comicialibus, & infans, pota ex aqua, & iocineris, lieniscq;
uicij drachmæ pondere in aceto mulso.

Concoctionem adiuuat, si quis ea fabæ magnitudine secundum coe- **B**
nam, cum melle cocto deuorarit.

Modo consimili acide ructantibus propinatur.

Stomachicis eam manducare, & succum deuorare proderit, si postea
dilutum uino sorbeatur.

Datur sanguinem exscreantibus, tribus obolis, cum diluti uini, aut
lactis cyatho.

Ischiadicis, renum & uesicæ doloribus ex aqua.

Aquæ inter cutem binis drachmis ex hydromelite.

Regio morbo laborantes recreat.

Menses pellit, drachmæ pondere cum uino pota.

Aluum purgant drachmæ. iij. potæ in hydromelitis decem cyathis.

Facit cum melle ad tabem, & purulentam exscreationem.

Folia sicca, tritaq; fictili uase reconduntur.

EX PLINIO.

Fit uinum ex Betonica, & acetum, stomacho & claritati oculorum.

Tantumq; gloriæ habet, ut domus in qua sata sit, tuta existimetur ab
piaculis omnibus.

Tanta uis inesse Betonicæ putatur, ut inclusæ circulo eius serpentes,
ipsæ sese interimant flagellando.

EX APVLEIO, FRACTVRIS.

CAPITVM sanandis.

Herba Betonica contusa, & super capitis ictum posita, uulnus mira ce

C leritate conglutinat & sanat. Eoq; efficacius, si ter die refectam, hoc est, recentiorem frequētius imposueris, donec sanescat. Eius potestas tantā fertur habere utilitatem, ut ossa quæ fracta consolidet, & ui sua extrahat.

O C V L O R V M doloribus medendis.

Betonicæ herbæ radices ex aqua ad tertias coquito, & ex ea aqua oculos foueto. Ipsam, aut eius folia certa supra frontē, & oculis imposito.

A D O C V L O R V M caligines.

Betonicæ drachmam unam, aquæ calidæ cyathos quatuor, ieiunus bibat: deducit ad inferiorem partem eum sanguinem, qui caliginem oculorum fecerat.

A D O C V L O S lachrymosos.

Betonica manducata, aciem oculorum clariorem facit. Item Betonice herbæ tritæ, paululum salis adijcito, digitis duobus, & pollice quantum tolli potueris, sublatam, formatam * tormidulam si naribus inferueris, idem efficies.

* alias, torundulam.

A V R I V M doloribus succurrendis.

Herbæ Betonice recentis folia, uel per se, aut in aqua madefacta. Deinde adiecta rosa liquida tepefacito, & in aures stillato, lanæq; spissato, mire proficere creditur.

A d dolorem D E N T I V M.

D Herbam Betonice ex uino ueteri & aceto ad tertias decoctam garagariza, dolorem dentium discutiet.

A D V O M I T V S, & suspiriosos.

Herbæ Betonice drachmam unam, & sumptis ex aqua tepida cyathis duobus, bibendū si dederis, iuuat. Idem suspiriosis prodesse creditur.

P H T H Y S I C I S, & eis qui purulentū egerunt curandis.

Betonicæ drachmas treis dato cū melle, & glutiat ieiunus, auxiliatur.

S P L E N I C V R A N D O.

Betonicæ drachmas treis dato manducare per triduum, uel in aqua frigida cyathos dabis bibere.

Betonicæ drachmas quatuor, aqua calidæ cyathos quatuor da, ut bibat per triduum.

Herbam Betonice ex uino decoctam, & potui datam, lienosis prodesse experti affirmant.

Betonicæ drachmæ binæ ex mulso cyathis duobus, bibentē sanabit.

A D R E N E S.

Betonicæ drachmas treis ex uini ueteri cyathis tribus, piperis grana xxvij, contrita & calefacta, ieiunus bibat.

V E N T R I S D O L O R I medendo.

Herbæ Betonice drachmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendam da. His autem dumtaxat hæc apta erit compositio, quibus non ex cruditate intestina torquebuntur.

A D V E N T R E M concitandum.

Betonicæ drachmas quatuor, hydromelitos, octo dies bibendum

dato, uentrem mouebit.

Ad L V M B O R V M dolorem.

Betonicæ drachmas tres ex uini Amyngi cyathis tribus, piperis grana xvij. contrita & calefacta ieiunus bibat, curabitur.

Betonica ex mulso potui data, febrienti ex aqua calida, lumborum dolores sanare creditur.

Ad C O L V M.

Herba Betonica, cum unio austero æque proficit.

Ad T V S S I M.

Herbæ Betonice uncias duas ex melle accipiat per dies octo.

Ad typum Q V O T I D I A N A E.

Herbæ Betonice drachmas. ij. Arnoglossæ unam ex aqua calida cyathis quatuor bibendum sub accessione ministra.

Ad typos T E R T I A N A E, atq; Q V A R T A N A E.

Herbæ Betonice drachmas treis, mellis attici unciam, aquæ calidæ cyathos tres in unum miscebis, & ante accessionem potui dabis, mire sanabitur.

Ad V E S I C A E dolorem.

Betonicæ drachmas quatuor, apij radicis scrupulos treis decoquito: radices uero apij in aquæ sextario ad medium quum decoctæ fuerint, tum demum Betonica admiscenda, potuicq; exhibenda: dolorem ita exterminant, ut postliminio redeat nunq;.

Ad C A L C V L V M.

Betonicæ drachmas treis ex aceto q̄ optimo, & mellis & aquæ calidæ cyathos octo bibere confert.

H Y D R O P I C I S curandis, mulieribus item, quæ

P A R T V laborant, necnon & ijs qui

F E B R I C I T A N T.

Betonicæ drachma una ex aquæ calidæ cyatho uno pota, medetur.

Betonicæ item drachmæ duæ, aquæ calidæ cyathis quatuor, si sine febre fuerit: si cum illa, ex uini cyathis duobus ministra, fert opem.

Ad P A R A L Y S I M.

Betonica trita et imposita, neruos etiam præcisos glutinare, & persanare creditur.

Contra H O R R O R E S.

Betonicæ drachmæ duæ ex uino austero, cyathis duobus: item ex aquæ calidæ pari mensura, sub accessione bibere dato.

Pro mulierculis quibus loci frigore uexantur.

Betonicæ drach. iij. ex aqua calida, totidē cyathis p̄ triduū bibere dato.

Aduersus E B R I E T A T E M.

Betonica si prius sumatur, ebrietas uinum non comitatur.

M O R B O R E G I O curando.

Herbam Betoniam ex uino sæpius sumptā proficere peria didicimus.

C

C A R B V N C V L O sanando.

Betonica in aquæ calidæ cyathis duobus pota, carbunculo medetur.

His qui perfrictionibus laborant.

Betonica cum axungia trita, plagæ imponatur, prodest utiq̃.

L A S S I S ex itinere.

Betonicæ unciam ex uini cyathis tribus, triduo ex itinere lassus bibat.

Aegris F A S T I D I E N T I B V S C I B V M.

Betonicę drachmas geminas, ex aquę mulsę cyathis tribus potui dato.

Vt facile quis D E C O Q V A T.

Betonicæ drachmas treis, mellis decocti unciam sumito, mel quoad indurescat coquito ex aqua calida, cyathos duos potui dato. Pastillos quoq̃ ex eo facere conuenit, & ex calida deglutire.

A d S E R P E N T I V M morsum.

Betonicæ drachmas treis ex uini cyathis tribus diluito, & potui dato, omnium quippe serpentium morsus sanat. Betonicam quoq̃ uini nigri cyathis tribus conterito, & uulneri inlinito.

V E N E N I S datis expellendis.

Betonicæ drachmæ tres statim potæ, uenenum discutunt.

A d morsus rabidi C A N I S.

Betonica contrita, & confusa, morsui imponitur.

A d F I S T V L A S.

D Ex Betonica confusa, & contrita turundulas facito, & pusillum salis in serito, fistulam obligato, expurgat.

P O D A G R A E fugandæ.

Betonicę radices, cū folijs, coctas ad tertias, in aqua potas, ipsam quoq̃ per se tritam, et applicatam, mire dolorem Podagrę lenire expti affirmāt.

A d P V R G A T I O N E S.

Betonicæ drachma purgationes herentes in uino expellit.

E x I O A N N E V I G O N I O.

Betonica inter herbas, quę capiti conferunt, obtinet principatum. Et folia eius imposita fronti, medentur dolori oculorum, & destillationes retinent.

A V T O R E S E T D E S C R I P T O R E S.

Dioscorides, principio lib. 2.

Plinius, lib. 25. cap. 8.

Apuleius, lib. de laudibus Betonicę.

Galenus, 7. simplicium.

Serapion, cap. 322. & cap. 20.

Platearius, cap. 7. Betonica.

Hermolaus Barbarus, in Corollario.

Marcellus Vergilius.

Aemilius Macer, dict. Betonica.

Pandulphus Collinutius,

Oribasius, dictione, Betonica.

Ioannes Vigonius.

Nicolaus, Leonicensis,

Ajuga reptans
C.B. 260
Sim. p. 3. 65

DE CONSOLIDA MEDIA, A

Rhapsodia. XIII.

INOMENCLATURA

Teutonice, **Guldē Guntzel**
el/ **Brimel**/ od **Grossz**
Guntzel.

S V P R A testati in Solida **Folio. 78. D.**
gine sumus, multas esse
Consolidarum species, ex qui-
bus & praesens est, quam Me-
diam, uel Minorem Consoli-
dam uocant, uulgo, **Gulden**
Guntzel, teste H I Bronymo
herbario. Qui & huius quoque
triplicem differentiam facit. Et
Primae quidem nomen indit
germanum, **Brimel**, flore pur-
pureo. Alteri, **Guldē guntzel**,
flore ueieto, **blaw**. Et Tertiae **B**
nomen Maiusculę, teutonice,
Grossz guntzel, sine floribus,



1537. 95
figura Betæ, folijs paulo exilioribus. Quo uero nomine sit apud Diosco-
ridem alio ab Solidagine, ingenue fateor me ignorare.

V I R E S E T I V V A M E N T A.

Vt superiores Consolidæ, uulnera glutinat.

Sanguinis trombos, ex casu, uel contusionibus coactos in corpore, dis-
sicit, & dissoluit.

Praesens remedium est alcolæ, & oris ulceribus serpentibus.

Decoctum eius, uel aqua tumoribus illita, dissipat tumores omnes.

Datur apopleticis desperatis eius aqua, et ardore linguæ laborantibus,
si subinde ozimi seminis aliquot grana in eo macerentur.

Maiusculæ usus est ad intertrigines, ad ulcera penis, pudendorum, ad
mariscas, & ad omnes tumores atque abscessus.

Sunt qui in dolore neruorum aqua eius se obliniunt, atque inde melius
incipiunt habere.

Vidi qui colicis bibendam propinauerunt, & corrosione intestinorū
laborantibus.

C Herba paralyfis,



D

Himelschlüssel.

DE HERBA PARALYSI,
Rhapsodia XV.

C N O M E N C L A T V R A E.

Latinae, Herba paralyfis, Margarita.

Germanicae, S. Peters schlüssel / Himelschlüssel / Schlüssel
blümen / Weiss Betonien.

MVLTASVBINDE apud autores de Paralyfi herha uestigauimus, plurima cum herbarijs contulimus, uerum necdum quicq̃ comperimus, quod ad stomachũ fecerit nostrum. Nomen ignotũ ueteribus scriptoribus. Barbari tam inscite, tam inepte, cõfusaneq̃ oĩa miscent, ut maius etiam negociũ fecerint. Sic em̃ reliqt de ea Pandectarũ rhapsodus. Herba Paralyfis est, cuius folia florere incipiũt tẽpore hyemis, quẽ se extẽdunt in terra, quasi alba & crispa; ut Alisfagus, florem album profert.

A



Quibus quid sibi uelit, non intelligo. Nam aliam longe hodie nobis demonstrarunt herbarij; principio ueris subalbidam & sublucentem, floribus Betonicae fere folijs erumpentem, cui tam similis est, ut nullum lac lacti sit similis: quod mihi suspicionem facit, Betonicae quandam specie esse, albam scilicet: tametsi refragante Hieronymo herbario. Verumtamen id coniectura esto, nulla dialectica dignitas. Plura apud probatos auctores non lego, nisi in Barbari Corollario. Qui in syluestri Cucumere de Paralyfi quadam herba sic meminit.

Alius quoque flos habetur, Bellis nomine, pratensis, & candidus, & quaedamtenus rubeus, aduersus strumas efficax, ut Plinio uidetur. Sit autem Bellis idem qui & Bellius, siue Bellio, & ipse flos pratensis, quem Plinius, quinquagenis quinque barbulis pastillicantibus coronatum scribit, animaduertendum puto. Quancumque enim luteus uidetur a Plinio describi Bellio, uolumine primo & secundo, Bellis uero candidus, sexto et uigesimo, non tamen ita in omnibus Plinianis codicibus luteum cum esse legimus.

Hermolaus
Barbarus de
Paralyfi.

- C** Quidam luteum ei semen, non ipsum florem audiunt, & Paralyſini dictam uulgo interpretantur: qui & primus ueris flos, & Margarita cognominatur, et hyeme quoque tota nascitur, ex Occidente, ut quidam existimant, in Italiam conuectus. Quinquagenas tamen ei ternas, non quas barbudas inuenio. Laudatur ad paralyſim, a qua & nomen. Itemque ad Podagras, & Ischiada. Paralyſi uocatae florē habet similem, paucioribus tamen barbulis. Flos, qui quoniam a longinquo conspicuus est, Paradelis uulgo dicitur: folio enim non admodum diuerso, nisi quod ferratum est huic, non Paralyſi. Sunt qui Buphthalmum, & Bouis oculum appellent. Nam qui Antipatrem uulgo dictum rentur eum esse, liquido falluntur: cum sit Antipater surculosus, & flore luteo, quasi Cumilaginis minore. Folia Roris marini, latiora, minusque longa. Christophoriana, & oculum Consulis nonnulli uocant. Huius illa proprietas, quod flores post nascentes, altius tollunt, quam prius nati. De cuius rei argumento uideri posset aliquibus, hanc herbam esse, quam Plinius Impiam uocari tradit. Herba inquit Impia uocatur incaua, Roris marini aspectu, thyrsi modo uestita, & capitata: inde alij ramuli assurgunt, sua capitula gerentes. Ob id Impiam appellauere, quoniam liberi supra parentem extollantur. Alij potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimauere. Hanc inquit, inter duos lapides trita feruet, precipuo aduersus anginas succo. Nec tentati unquam eo morbo interiere. Sunt et qui in auium nidis inferi aliquid ex ea putent, iamque ita non stragulari pullos, auidius deuorantes. Hanc Plinius. Ceterum, quantum similitudo in ea proprietate sit, multa sunt inter utramque discrimina. Primum, quod Impia incaua est herba, Antipater non est. Alterum, quod trita non feruet. Tertium, quod nec capitula, nec thyrsos gerit, sed flores dumtaxat. Hanc Barbarus.

Antipater herba Buphthalmus.
Christophoriana.
Oculus consulis.
Herba Impia.

L O C V S.

Prouenit ultro in pratis uirentibus.

C O L L E C T I O.

Colligitur, partimque in alembico exstillatur, partim siccatur in umbra, in principio Maij.

V I R E S E T I V V A M E N T A.

ex Hieronymo herbario.

- Eius decoctum, uel aqua illita capiti dolenti, dolorem reprimunt.
Stomachum calefacit, & hepar, & matricem.
Quamobrem conuenit & grauidis laborantibus, menstruaque prouocat.
Serpentium quoque morsus sanat, & uenenatorum omnium.
Tumores capitis sedat, & repercutit, lineo panno in eius aqua intincto, & subinde cataplasmata.
Macerantur flores eius in oleo oliuarum, et fit ex eis unguentum ad paralyſim, & neruos frigore, & humoribus resolutos.
Vitiliginem exterit, & in facie & in reliquo corpusculo.
Humores parientes Ischiada resoluit, expellitque, & per urinam educit.

Fumus terræ.

A



Fumaria officinalis, L.
Suppl. 3. 255

B

1537.99

Daubentropff.

DE CAPNO, id est, Fumaria herba,
 uel Fumo terræ,
 Rhapsodia Decimaquarta.

IN NOMENCLATURA

Græcæ, καπνός, καρνάλιον, κόριον, καρνάλιον ἄγριον, καπνίτης, μαρμα-
 ρίτις, κάπνογόργιον, χελιδόνιον μικρόν, περισίρειον, καθαρία.

Latinae, Herba Fumaria. Fumus terræ. Capnitis. Apium.

Germanicæ, Erdrauch. Daubentropff. Katzenköbelkraut.

PLACITA AVTORVM de Fumaria.

Fumariæ herbæ descriptio ex DIOSCORIDE.
 FRUTICOSA herbula est Fumaria, prætenera, Coriandri si-
 milis, folijs candidioribus undiq; numerosis, cineracei coloris,
 flore purpureo.

Eiusdem deliniatio ex PLINIO.

Capnus prima, quam Pedes gallinaceos uocāt, nascens in parietibus,
 & sepibus, ramis tenuissimis, sparsisq; flore purpureo, uiridis. Succo ca-
 liginem discutit, Itaq; in medicamenta oculorum additur.

Capnus duplex.

C Similis & nomine & effectu est alia Capnos fruticosa, prætenera, folijs Coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. Nascitur in hortis, & hordeaceis segetibus.

P A R A P H R A S I S H E R M O L A I

Barbari de Herba Fumaria.

Pes Gallina-
ceus conge-
ner Fumariæ.
Cimbalaris
herba quæ.

Capnos, siue Capnion, hoc est, Fumus, duplex. Alia hic descripta, nascens in hortis, et segetibus hordeaceis. Alia & nomine & effectu similis, quas Pedes Gallinaceos uocant, in parietibus & sepibus genitam, ramis tenuissimis, sparsisque, flore purpureo, ut inquit Plinius: quam nonnulli modo Cimbalarem uulgo dictam, nescio quæ recte interpretantur, folio Hederæ prætenui: ut in Cotyledone comonuimus. Hanc autem Capnion, quæ nascitur in sepibus, Chelidoniã phragmitem uocare moris est Aetio, ad exinanitiones partium in iocinore curuarum utilem dictam: ut puto, quoniã succo discutit caliginem, ut Chelidonia: & ob id in medicamenta oculorum additur: ut in Collyrium Marciani, eam Chelidoniã Capnitida cognominantis. Quod si eadem probetur esse cum Cimbalari, ut quidam conijciunt, etiã illa similitudo confluet, quod folium Hederæ habuerit, quale Chelidonio minori contigit. Propterea considerari cupio, nunquid non similis, sed eadem omnino sit Capnos hæc, cum Chelidonio minore. Multa certe paria comperio. Cæterum ex eo, quod Capnion Plinius a nostris Pedes gallinaceos uocari scribit, magnus plerisque inuasit error, existimantes Capnion a Dioscoride monstratum, non aliud genus esse, quæ quæ uulgo Sanguinaria, & galli Crus dicitur. Pudenda & poenitenda inscitia: nisi frons attrita multis esset. Quandoquidem ea quæ galli Crus uocatur, Gramini est tam similis, ut ab eo forte non admodum seiungi possit: nisi quod folio minore cernitur, & fibris potius quam radice nititur. Id autem quod in utroque summo frutice Trifarin, gallinacei Pedis imitationem habet, candidius in hac, quam in Gramine conspicitur.

Vnde dicta est Fumaria ex, MARCEL. VERGILIO.

Fumariæ herbæ notissima res fumus, quondam nomen fecit: haud sane, quia tricliniorum parietibus, eorumque cameris inducta, nigredine noceat, aut quia, ut Poëta cecinit, suspensam exploret, duretque ad fabriam materiam, sed quoniã uis illi contra hominis oculos lachrymosa sit, qualis in fumo est. Ob quam causam Flaccus, lachrymosum in carmine suo fumum appellauit: & Aristophanis seruus, in scenam redisse se dicebat, fumo coactum, nec potuisse domi cum cæteris esse, ὅτι ἔδρακε τὰ βλέφαρ' αὐτοῦ, quod est, quoniam eroderet palpebras eius & oculos. Quod maximum a fumo huic parti tædium est: cui potens idem Fumariæ herbæ succus a fumo indicata in græcis fuit. Nec tantum Capnion æquali fumo appellatione eam uocauerunt, sed Capnitim etiam, id est, Fumariam dixerunt. Quemadmodum a similitudine Coriandrum: quæ uox in scriptore hoc multifariam creuit, alijs simpliciter Coriandrum, alijs agreste Coriandrum, alijs diminutiua forma Coriandron uocantibus. Nasci hic

in segete hordeacea ait, Plinius tamen adiecit, & hortis; nec male, quoniã A
frequentior in hortis, q̃ in segetibus inueniatur.

SERAPIONIS ὑπογραφή, de Fumaria.

Scehiterig, id est, Fumus terræ, est herba similis Pastinacæ agrestis: nisi quia est magis minuta, & amarior, & habet radicem, cuius color uerget ad albedinem.

Laus Fumarie ex M E S V E.

Fumus terræ est ex medicinis benedictis, uerum exuberantia eius, & nimia copia, exemit eam e numero medicinarum preciosarum. Cum hoc enim quod aluum soluit, etiam uehementer confortat cætera membra. Nec est in ea aliquod nocumentum apparens. Est alia eius species, cuius flos est subalbidus, cinericeus: & alius, cuius color est pallens, uiolaceus.

E L E C T I O.

Melior est, quæ uiret, folijs teneris, planis, & uiolaceo flore. Crispior ignobilis est.

T E M P V S C O L L E C T I O N I S

Colligenda est, a principio Veris herba, semen a fine.

T E M P E R A M E N T V M.

Calidæ & siccæ est complexionis in secundo. Acutæ simul & amaræ qualitatis. Nec prorsus ab acrore abest. Subtiliat, & penetrare facit, aperit occlusa, & resoluit.

R E C T I F I C A T I O.

Nihil quidem habet noxiij, uerumtamen exacuatione indiget, ut uehementius operetur. Censet igitur Mesue, in laxanda aluo, adijciendam illi aquam casei, mirabolanos, uel fenas. Item passulas, & mel. Succus eius equiparatur succo Absinthij. Et si repleantur ex succo eius uitra angustis orificijs, superinfuso oleo oliuæ, durat integro anno.

V I R E S & iuuamenta eius ex D I O S C O R I D E

Huius succus claritatem facit oculis, delachrymationemq;: unde nomen traxit.

Illitus cum gummi, euulsas palpebras, renasci prohibet.

Commanducata herba, biliosam urinam cit.

E X M E S V E.

Solutionem facit facilem, educitq; choleram, & humores adustos.

Et uirtus eius extenditur ad uenas, & mundificat sanguinem.

Est medicina benedicta, iuxta omnem modum administrationis eius, ægritudinibus, & infectionibus cholæræ, & humorum adustorum: cuiusmodi sunt, lepra, scabies, & impetigo.

Salubris quoq; est medicina opilationum omnium.

Confert stomacho, hepati, & intestinis.

Vfus eius etiam est in febribus cholericis, & opilatis.

D E D O S I, & ministracione eius.

Potio succi ipsius est, ab drachma 5, usq; ad. ij. Et decoctionis eius

C ab unc. x. usq; ad. xv. & pulueris eius ab drachm. iij. usq; ad. v.

E X I O A N N E V I G O N I O.

Succus eius inspissatus succo Lapathi acuti, & modico oxymellis, unamquanc; morpheam curat.

Item decoctio Fumi terræ, maluarum, uiolarum, & Lapathi acuti, cum furfure hordei, & nepita, unamquanc; scabiem potentissime curat, & mundat.

E X A E T I O.

Vino subacta Fumaria, mixtaq; stomachum roborat; datoq; , inquit Aetius, quantumcunc; febricitantibus.

E X P L A T E A R I O.

Contra hydropisim, & præcipue contra leucophlegma, succus eius addito puluere Esulæ drachm. ij. cum aqua calida. Vel fiat syropus ex succo Fumi terræ, apij, sceniculi decocti, puluere esulæ, addito saccharo.

Contra artethicam dentur drachmæ. ij. hermodactylorum, cum succo Fumiterræ.

Herba autem ipsa in uino cocta, & cataplasmata super locum podagricum, multum ualet.

Ad melancholiam, uel phlegma, & nauseam in ore stomachi, datur succus eius cum aqua calida, addito zucharo.

D Nota quod quidam in mane, quidam sero, quidam simpliciter, quidam cum adiuncto ministrant.

Vesperis semper porrigitur cum aliquo, uentositatem reprimente, & dissolvente: ut semine sceniculi, uel masticæ. humores enim uentris dissipat, & exinde tormina caussat.

E X H I E R O N Y M O Herbario.

Fumariæ potio, medetur pesti, oris ulceribus, reprimit tumores illita, purgat menses, & pulchritudinem inducit.

A V T O R E S, & D E S C R I P T O R E S

Fumariæ.

Dioscorides lib. 2.

Plinius lib. 25. cap. 13.

Hermolaus Barbarus in Corollarijs.

Marcellus Vergilius.

Mesue, de simplicibus.

Serapion cap. 71.

Ioannes Vigonius.

Aetius de simplicibus.

Galenus. 6. simplicium cap. 95.

Platearius cap. 3.

Georgius Valla dictione, Capnon.



Orchis militaris, L.
C.B. 80
Sm. fl. 4. 15

Stendelwurz.

1537, 100

Satyrion mas.



O. tephrosanthus, Vahl
Sm. p. 4. 16

Onchis mascula, L.
C. B. P.



Knabenkraut.

1537.104

Onchis mascula, L.
C. B. P.

Cynoforchis.

Onchis morio, L.
Sm. p. 4. 11



Kogwurz.



Ophrys apifera, Muds
Sm. fl. 4.30

Ophrys maculata ?
Sm. hist. 2.24
O. arachnoides, L.
Sm. fl. 4.293

Ophrys apifera,
Muds, dict.

SATYRION
odoriferum.



Neotria spiralis
Spang. hist. 1.314
Ophrys apifera, L.
Muds, dict.
Sm. fl. 4.35

k



Onchus compositus
 C. B. 85
 Sm. H. 4. 24

Satyrion foemina.

1537. 10 6

DE SATYRIIS, Rhapsodia. XVI.

A

INOMENCLATURAE.

Græcæ, ὄρχις, ὄρχις κυνός.

Latine, Satyrion, Leporium, Testiculus uulpis.

Teutonicæ, Stendelwurz / Knabēkrut / Kreuzblümē / Ragwurz.

PLACITA AVTORVM, de Satyrio.

SENTENTIA THEOPHRASTI

de Satyrio lib. 9. cap. 19.

HUMANIS corporibus, ultra illa quæ sanitatem, morbos, mor-
temque spectant, alia quoque herbas afferre suis uiribus posse affirmant: ut
puta, generandi seminis facultatem, atque sterilitatem: ut quasdam, ex eo-
dem facere utrumque ualere: sicut qui Testiculus appellatus est. Cū enim ge-
mini sint, alter magnus, alter aut paruus, magnum, efficacem ad coitum, da-
tum e lacte caprino tradunt: minorem uero obesse ac inhibere. Habet aut
folium Laferis, uerū leuius, atque minus, caulem simillimum spinæ, quam pi-
rum uocant. Mirum ergo, ut dictum est, ab una, eademque natura, diuersi-
tatem tantam uirium proficisci.

Sententia DIOSCORIDIS lib. 3. de Satyrijs.

De primo SATYRIO quod κυνός ὄρχις di-
citur, id est, Testiculus canis.

Testiculus canis, quem Græci Orchin, aut Cynosorchin appellant, fo-
lijs circa caulem mollis, Oleæ similibus, in terra stratis, longioribus, an-
gustis, leuibus, caule dodrantali, floribus purpureis, radice bulbosa, ob-
longa, Oliuæ modo angusta, duplici ordine: superiore, quæ plenior est:
inferiore, quæ mollior ac rugosior.

Explicatio HERMOLAI BARBARI.

Cynosorchis inueniri solet fere in uineis, folijs ternis, paruis, semipeda-
libus, radice ad formam testium hominis, alternis annis intumescente ac
residente, atque hic mas est, & foemina eiusdem nominis: quæ distinguun-
tur internodijs, et ramosiore frutice, radice fascini. Nascitur fere iuxta ma-
re, & Satyrion uocatur, minus proprie. Aliud enim genus est, quod pro-
prie Satyrium uocatur.

De altero SATYRIO DIOSCOR.

Testiculus quæ alio nomine Serapias, Andrea autore, uocatur, quæ inter pau-
ca radix utilis sit, folijs est Porri latioribus, oblonga, pinguibus, ex alarum si-
nu inflexis, caule palmeo, floribus pene purpureis, radice testiculis simili.

De Tertio SATYRIO.

Tertium Satyrion trifolium, quod tria fert folia, ad terram infracta, Ru-
mici, aut Lilio similia, minora tamen, ac rubra: caulem cubitalem, nudum, florē
Lilij effigie, candidum: radicem bulbosam, mali magnitudine, fuluam intus
ut ouum, candidam, gustanti dulcem, & ori non ingratam.

De Quarto SATYRIO Erythronio.

Satyrion Erythronion, alij Erythranicon, alij Melion aqueum, alij Eu

C taticon, alij Priapicum, aut Satyrifcon, aliqui fatyri Testiculum appellat. Latini Molorticulum Veneris, semine lini, maiore, duro, leui, splendente, quod fertur non secus atq; Scincus libidinem excitare. Cortice radicis gracili, ruffo. Intus autem album includitur, sapore dulci, non ingrato ori. In montosis & apricis nascitur.

B A R B A R V S de Quarto hoc **S A T Y R I O** in Corollario.

Satyrion hoc notum pastoribus: quoniam arietibus & hyrcis segnioribus in potu dat, & in Sarmatia equis, ob assiduū laborē pigrioribus in coitu: quod uicium Prosedamū uocant. In totum quidem Græci concitationem hanc uolētes significare, Satyrion, et Satyrifmon, et Satyriasin appellant. Ideo & Aristolochiæ genus unū, quod Polyrrhizon cognominant, Satyrion ex facto uocari censeo. Herbam quoq; illam Satyrion Indam appellauerim, Theophrasto allatam ex India, cuius contactu libidinem durare septuagesimo coitu meminerit, nec speciem eius, aut nomen aliud reddiderit. Habent hodieq; Syri herbā simili effectu, Bucheidemq; nominant, et Indicam Satyrion: fortasse cum ea, cuius mentionem Theophrastum fecisse diximus, eandem, radice candida & dura, commendatiore, quo crassior, & rugosior, & albior, podagris utili.

A P V L E I V S de Satyrio.

D Græcis dicitur Satyrion, alijs Cynoforchis, alijs Eutaceon, Eraten, Panion, Serapion, alijs Orchis. Aegyptij Menem, Galli Vram, Itali Priapistum, alij Torminalem, alij Testiculum leporinum nominant. Nascitur in montibus, locis solidis & cultis, in pratis item, & locis maritimis. Legem eam mense Iulio.

Sententia **P L I N I I** de Satyrijs lib. 25. cap. 8.

Comitatricem uim habet Satyrion. Duo eius genera. Vna longioribus folijs q̄ Oleę, caule quatuor digitorū, flore purpureo, radice gemina, ad formā hominis testiū, alternis anis intumescēte, ac residente. Altera Satyrion Orchis cognominat, & foemina esse credit: distinguit internodijs, et ramosiore frutice, radice fascinis utili. Nascitur fere iuxta mare.

Græci Satyrion folijs Liliij rubri minoribus, & tribus, non amplius e terra exeuntibus tradūt: caule leui, cubitali, nudo, radice gemina. Cuius inferior pars & maior mares gignat, inferior foeminas. Est et aliud genus Satyrion, Erythronion appellant, semine uiticis maiore, leui, duræ radicis, cortice rubro, intus album includit, sapore subdulci. Fertur in montosis inueniri.

Sententia **S E R A P I O N I S** de Satyrio cap. 90, & 91. cap. Chasialehel.

Satyrii duo sunt gna. Vnū habet radicē seu testiculos albos, & uocatur Chasialehel. Primū genus Satyriōis uocat Testiculus canis, & græce Cynoforchis: & est planta, quæ habet folia extensa super terram, & prope ipsam, & ortus est ex radice unius stipitis: & folia eius sunt similia folijs Oliuę, nisi quia sunt subtiliora eis, & longiora, super terrā extensa: & lon

gitudō eius est fere in lōgitudine unius palmi, & florē habet coloris purpurei. Radix eius est similis radici Bulbi, nisi quia est tendens ad longitudinem & subtilitatē. Et est duplex, sicut sunt duę Oliuę in figura. Vna inferius, alia superius: una plena, & alia uacua et rugosa. Et comeditur radix eius elixata sicut Bulbus: et istud est Satyrion quo cōmuniter utuntur. Secundū uero genus Satyrionis habet quoque duas species: una est, quę uocatur Arabice Chasiaalhabel, idest, Testiculus uulpis: et nominatur hęc in Gręco Trifolium: quia plurimum quod de eo nascitur, est habēs tria folia declinantia uersus terram: & simulantur folijs Acetosę maioris, aut folijs Liliij, nisi quod sunt minora eis: & in testiculo suo est rubedo declinans rubedini sanguinis. Et habet stipitem subtilem, lōgitudine unius brachij. Et habet florem similitē floribus Liliij albi in figura. Et radix eius similatur cepę Bulbi in figura. Et est in magnitudine mali, exterius rubei coloris, interius albi sicut ouum: & quod de ipsa administratur, est radix.

A
Genera Satyrionis.

A V T O R I S P A N D E C T A R V M.

Sciendum, quod est alia species Satyrionis, quę uocatur hęrba Basilica gręce, arabice, Digiti citrini, uel Bucheidem, Latine uero, Palma Christi, cuius folia sunt folia primę speciei Satyrionis, sed graciliora, cum nigris punctis. Radix eius brancę manus, uel palmę manus habet similitudinē, floris crocei. Cum uino uel aqua tritum, crocatum efficitur.

Satyrion fœmina.

T E M P E R A M E N T V M

Humidum est & calidum temperamento in primo: ideo etiam gustantibus apparet dulce. Redundantem ac sufflantem humiditatem obtinet. Vnde propter suam inflationem libidinem citat.

B

V I R E S ac iuuamenta primę ex D I O S C O R I D E.

Maiorem radicē si edant uiri, mares generare dicuntur: si minorem fœminę, alterum sexum.

Eius quę uocetur Cynosorchis.

Addunt, in Thessalia mollē mulieres in lacte caprino bibere, ad stimulos coitus: aridam uero, ad inhibendos, & alterū alterius potu resolui.

S E C V N D I.

Illita tumores discutit.

Ulcerata purgat, & serpere eadem non patitur.

Abolet fistulas. Et illitu inflammationes lenit.

Aridę radices nomas inhibent, sanantque oris putredines, & ulcera Cacoethe.

Aluum sistunt, e uino potant.

De hac, eadem quę de Testiculo canis produntur.

T E R T I I.

Eam in uino nigro, austero, bibere conuenit, contra opisthotomum.

Vtendū ea dum concumbendi incessit cupiditas.

Q V A R T I.

Venerem, ut produnt, si omnino manu teneatur radix stimulat: eoque magis, si bibatur uino.

C

E X P L I N I O.

Arietibus & hyrcis segnioribus in potu datur a Samartis.

Equis in potu datur, ob assiduum laborem pigrioribus ad coitū: uim eius restinguit aqua mulsa, aut lactuca sumpta.

E X O R I B A S I O.

Radices tritæ, cicatrices nigras tollunt.

E X A P V L E I O.

Ulcerebus difficilibus, hærbæ Priapisti radices tufas impone, & repurgat, & cicatrices claudet.

Herbæ Priapisti succo oculos inunges, & lippitudines, & dolores tollet sine mora.

Si quis mulierem subagitare non poterit, hærbæ Priapisti radicem, id est, testiculum dextrum, quia maior est, & piperis albi grana. ʒ7. mellis unc. iij. in uino optimo dissoluat, & de hoc medicamine pondus scropulorum. ʒ. per triduum sumat.

E X I O A N N E V I G O N I O.

Vinum decoctionis eius, uel radix in gallinarum brodio decocta, libidinem plurimum excitat.

E X A G G R E G A T O R E Herbario.

Mulieres Italiæ, radicem tritam ministrant cum lacte caprino, dexcitantandam libidinem. Resoluit apostemata inflata.

Cum melle rosaceo mundificat uulnera.

D

Curat Herysipilam, quæ est descœdatio cutis uitio cholericis sanguinis.

Et in ipsa est parum stipticitatis, ideo retinet uentrem, potum. Satyrion.

Quod habet flores purpureos, cum sale aperit hæmorroides.

Et quando administratur sicca, prohibet dilatationem ulcerum, & abscondit putredinem. Ulcera oris sanat.

E X H I E R O N Y M O nobili Empirico.

Decoctum, uel aqua Satyrionis masculi, confortat stomachum potum pondere unc. ʒ5. Et Ictericam profligat, & urinam cit.

Sanat omnia & externa, & interanea uulnera potum pondere unc. ʒ15.

D E S C R I P T O R E S Satyrion.

Dioscorides, libro. 3.

Plinius libro. 25. capite. 8.

Theophrastus lib. 9. cap. 19.

Her. Barbarus in Corollaris.

Serapion, cap. 90. & 91.

Apuleius, capite. 15.

Autor Pandectarum.

Georgius Valla, dictione Satyrion.

Galenus lib. 8. cap. 28. & 29.

Aggregator.

Hieronymus herbarius.

Ad Paternianum cap. 220.

Oribasius, lib. 3.

Ioan. Vigonius dictione, Satyrion.

Buglossa fyluestris.



Lycopsis arvensis, L.
C.B. 256

Echium vulgare, L.
Sm. fl. 1. 268

Wild Ochsenzung.

1537/111



Anchusa officinalis
 C. B. 217

Ochsenzung.

1537. 112

Borago.



Burzetich.

1537. 113

C DE BORAGINE, ET BUGLOSSO,
Rhapsodia Decimaseptima.

INOMENCLATURAE

Græcæ, *βούλωσθρον*, γόνος αιλούρον.
Latinæ, *Lingua bubula*, *Euphrosynum*.
Germanicæ, *Burretsch* / *Ochsenzung* / *Gegenstraf*.
Problemata Marcelli Vergiliij, Hermolai Barbari, &
Nicolai Leonicieni, de Borragine & Buglossio.

Sententia MARCELLI VERGILII in Capitulo Dioscoridis de Cirfio lib. 2. cap. 120.

CIRSION, grande Buglossum, de quo mox dicendum erit, aliqui uocauerunt, non leui inter hanc, & illam dubitatione, utra uerum Buglossum, & quænam Buglossio congener Cirfion hæc sit, Sunt enim multæ inter se similitudinis Cirfion, et Buglossum: licet illa a bouum linguis indicata fuerit, hæc a uaricibus: de quibus paulo ante diximus: notumq; omnibus modo Buglossum est. Quæ si sit qualis in hortis & agris foditur, necessario relinquitur esse Cirfion, quam nostra ætas, Boraginem uocat. Verum, quemadmodum Nicolaus Leonicensis in hac ipsa re cõmentatus iam pridem est, non importune dubitauerit aliquis, cõmutatas inuicem duarum herbarum appellationes fuisse: esseq; antiquam Buglossum, nostram Boraginem, Cirfion uero hoc, nouam, & nostram Buglossum. Quæ enim huic & illi notæ, uiresq; tribuuntur, mutatis hac ratione plantis, magis conuenient. Purpurea enim florum cacumina, quæ in Cirfio hic describit, eius potius sunt, quæ Buglossum nunc dicitur, q̃ Boraginis, quæ cerulæos habet flores. Quodq; Buglossio hic paulo post tribuet, læticiam & hilaritatem facere in uini pocula demissam, Boragini passim tribuitur: iactatq; quotidie gens nostra hilaritatem, multo eius cibo utendum esse. Quinetiam quæ eodem loco describuntur folia aspera & nigriora, Boragini magis q̃ Buglossio competunt: quæ albicante folio penitus est. Sunt præter hæc alia etiã, quibus significari id poterat: sed in re iam pridẽ tractata, satis hæc sint.

ET RVRSVM cap. 129. de Buglossio,
eodem lib. 2. DIOSCORIDES.

Polliciti sumus in Buglossio, addituros nos esse aliqua, quæ nullo modo alia sunt, q̃ propensiores continue in eam partem fieri, ut credamus, quam ueteres Buglossion dixerunt, nostræ ætatis Boraginem esse. Utimurq; ad eam rem hac etiam coniectura: q̃ M. Cato. 40. capite operis sui de re rustica, insitionem arborum docens, cum instituisset quatenus, & quomodo surculos inseruisse & circumligasse oporteat, addidit. Insuper Lingua bubula obtegito si pluat, ne aqua in librum permanet: eam Linguam, insuper librum alligato, ne cadat. &c. Veri simileq; est, in operiendo truncæ & insitæ stirpis rotunda sectione, rotundiore potius q̃ longiore folio uti præcepisse. At Boraginis tale est. Eius uero quæ nunc Buglossus habetur, longa folia sunt: ideoq; operiendæ rotundæ stirpi minus apta. Scimus quidem, non posse, nec debere rem certam docentes, tam incertis & ambiguis uestigijs niti: potuisseq; antiquos insitores illa etiam uti: quoniam satis esset insitam stirpem quocunq; operimento a pluuia defendere: & quod primum inserenti se obtulisset, luto, palea, alijsq; huiuscemodi uti. Non tamen negligendum, qualecunq; id fuerit, ignotæ rei uestigium. Nec nos alio consilio id retulimus, q̃ ut haberent legentes, hanc etiam eruscandæ ueritatis ansam: scirentq; antiquæ Buglossi, quam Cato, omnesq; alij a bouum Linguis, quas imitatur, bubulam Linguam dixerunt, hunc etiam fuisse in rustica re usum. In urbana autem præcipuum, quod in scriptore hoc postremum est, deiecta in uinum Buglossi folia, uoluptates animi, & læticiam augere: neq; ultra hunc usum Buglossio aliud multifaciendum ab antiquis scriptoribus tribui. Plinius. 25. uolumine, cap. 8. sic de ea egit. Iungitur huic Buglossos bouum Linguae similis: cui præcipuum, q̃ in uinum deiecta, animi uoluptates auget, & uocatur Euphrosynon. Mox. 26. capite. 12. Buglossio inarescente, si quis medullam e caule eximat: dicatq; ad quem liberandum febre id faciat, et alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt a febre liberari. Quod amuleti potius q̃ medicinæ ratione habet. Paulus itidem Aegineta in sexto de Buglossio hæc tantum monet. *βούλωσθρον ὑγρόν τε καὶ θερμόν ἐστὶ τῆ κράσει. ὅθεν τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον ἐν φροσύνην ποιεῖν λέγεται.* Quod est. Humidum, calidumq; temperamento Buglossum est. Eamq; ob causam uino iniectum, læticiam animi facere dicitur. Nec ultra hæc quicquam de Buglossio tradidit. Galenus etiam nihil dictis ab alijs aliud addi-

Buglossion & Cirfio figura fere non differunt.
Cirfion est Borago.
Permutatio nominum in Boragine & Buglossio.

D

Vulgata Buglossus, est Borago.
M. Cato.

Præcipua uis Buglossi.
Plinius.

Paulus Aegineta.

Galenus.

dit, quæ tussibus & faucium asperitatibus utilem esse. Nullusque non ex antiquis, læticiæ & uoluptatis spem in Buglossi usu legentibus proponit; quod in Boragine nunc passim fertur. Verisimileque est, quasi per manus traditam, seu opinionem, seu famam ad nos peruenisse, & adhuc seruari. Non utimur ad hanc rem populari omnino sensu, & iudicio plebis: non tamen negligimus penitus. Quodque nos magis urget, Cirsij historia est, in qua flores ἀκροπόρφυροι, id est, in summo purpurei describuntur: qui color proprius floris eius est quam Buglossum nunc passim uocant. Urgent longiora folia quæ in Boragine decurtatæ rotunditatis sunt. At dicit aliquis: boum Linguis similior nostræ ætatis Buglossus quæ Borago est. Non negamus id. Verum tamen illud etiam monemus, nescire modo nos quæ fuerit antiquis Græcis comparationis huius ratio: & quid nam boum Linguae illi comparauerint: uerbi causa asperitatem, latitudinem, colorem, longitudinemue. Pro nostræ ætatis Buglossu longitudo præcipue & color est: pro Boragine contra tam multa hæcenus numerata indicia, quæ diligentius cæteri etiam excutient. Nos enim pro deprehendendo ueritate, cogitanda alijs hæc tantum proponimus. Nec laboramus pro re (cunctis enim nota est) sed pro medicæ materiæ antiquis nominibus & historia: quæ a posterioribus græcis toto hoc capite male habita est. Credimusque nos, ex obseruatis hæcenus, non esse Dioscoridis quæ a principio capitis longius leguntur, usque ad, Verbasco similia habet folia. &c. Quæcunque enim a Serapione, antiqua scriptoris huius interpretatione, & aliquot græcis Buglossu huic tribuuntur, nulla alia sunt, quæ Verbasco similia habere folia. Folio in terram deciduo esse: eodemque aspero, & uigriore boum Linguae simili: idque in uinum coniectum, læticiam augere credi. Cætera nulla in antiquioribus græcorum codicibus & latinis scriptoribus sunt. Et Plinius, quæ nunc in scriptore hoc leguntur, dandam esse scilicet Buglossum hanc quæ tres caules protulerit, ad tertianas: quæ uero quatuor, ad quartanas, non Buglossu, sed Cynoglossu tribuit. Verba eius sunt lib. 25. capite. 8. Iungitur & Cynoglossos caninas imitans linguas: aiuntque, quæ tres thyrsos feminis emittat, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodelle: quæ quatuor, ad quartanas. Accedit his etiam carpenti Buglossum hanc Iulio mense præceptum: quem hic scriptor Romana uoce ἰούλιον uocat: quod in græcis antiquis scriptoribus nunquam, aut raro inuenitur. Dico autem antiquos, nondum penitus oblitterata græcorum re: quoniam post Cæsares Romanos, latinis mensium appellationibus potius, quæ græcis, suadente id fortuna eius gentis & maiestate, usi omnes sunt. Quodque coniunctum huic est, non consueuisse Dioscori, temporum notas ex mensibus accipere, sed ex anni tempestatibus: uerbi causa, solstitijs, uere, autumno, hyemecque, & æstate. Scimus medicinæ hæc nihil, aut parum conferre. Sed nos herbariam tractamus: conamurque in hoc scriptore, minus corruptam saltem latinis eam reddere: quoniam integram, in tanta posteriorum incuria et imperitia impossibile est. Effugerat pene nos quod ad Buglossum & Boraginem, earumque notas adhuc pertinet. Id huiuscemodi est, Cirsij Buglossu hic similia esse folia dixit, mediocriter hirsuta, longioraque, & albescentia, in extremitatibus aculeata: Buglossi autem φύλλον χαμαιπετίσ, τραχύτε καὶ μελάντερον, quod est, folium in terram deciduum, asperumque, & nigrius. Conferatur nunc cum nature exemplaribus utriusque historia, carptasque ex horto Buglossum & Boraginem diligentius contemplemur. Mihi sane prior illa Cirsij historia nostræ ætatis Buglossu respondere, posterior autem Boragini undique uidetur. Sunt enim Buglossi folia longiora quæ Boraginis. Albicant illa, hæc contra nigricant. Illa surgunt, & per se stant in altum nitentia: Boraginis in terra iacent. Estque illi proprium quod hic ait χαμαιπετίσ, id est, humi stratum folium.

IUDICIUM NICOLAI Leoniceni de Buglossu, & Boragine lib. de erroribus Medicorum.

De Bug'ossa autem, de qua quæris, an ea quæ pro Buglossa utimur, sit uera Buglossa, si tibi quod sentio, respondero, uereor ne sicuti tu admodum docte dubitasti, ita ego omnium proterue uidear uniuersam nostri temporis medicinam euertere. Nam si probare contendero, Buglossam, quam medici iuniores ad usum medicinæ adhibent, non esse ueram Buglossam, Cur etiam inquiet aliquis, Lactucam, qua uescimur, ueram esse Lactucam non inficiaris? Non ita tamen sumus animati, absit enim a nobis tanta temeritas, ut omnia iuniorum medicorum placita uelimus demoliri, sed sicuti multa eorum probanda censemus, ita plura sunt in quibus autores ueteres magis sequendos iudicamus, atque in illis præsertim, in quibus idem medici iuniores inuicem uidentur dissentire. De Boragine Simon Genuensis in litera B. ita scribit. Borago herba nota, cibo apta, & medicinæ, & flos, & folia, & semen: Buglossa dicitur species eius syluestris. Non reperio autorem aliquem autenticum, facientem capitulum de utraque: si scribit de una, non scribit de alia. Hæc ille. Pandectarius autem aliter sentit. Nam undecimo capite scribit alterum de Boragine, in quo allegat Dioscoridem: alterum de Buglossa, in quo citat Serapionem ex eiusdem Dio-

A

Obiectio tacita.

Plinius.

B

Aliud discrimen Boraginis, & Buglossi. Opinio Vergilij in ea controuersia.

Modestia, & indicium Leoniceni.

Simon Genuensis de Boragine. Pandectarius.

C Bartholomæus de Montagnana in consilijs.
De Bugloſſo plura creduntur, quæ sit.
Pugnātia Neotericorū in Boragine & Bugloſſo.
Duæ herbæ Linguae bouis ſimiles.

Explanatio Dioscoridæ.

Pandectarius notatur.

Error Montagnanæ.
Ignauia Simonis.

scoridis autoritate de Bugloſſa loquentem. Montagnana uero in quodam consilio ſcribit hæc uerba. Borago autem non placet, quia planta multum uentofabilis, & uentofitiua: quod ostenditur propter multitudinem eructationum quas efficit. Et licet ponatur temperata, quia est species Bugloſſæ, quæ temperata est, de ea tñ parum ab autoribus ſcribitur, et plura de ea creduntur, quæ ratione & autoritate uerificari poſſint. Auicenna tamen de ea nihil dixit. Vide quanta sit istorum autorum discordia. Alter dicit nullum autorem de utraq; ſcilicet de Boragine, & de Bugloſſa loqui: alter ſuper ambabus herbis citat Dioscoridem: alter facit Bugloſſam ſpecie Boraginis ſylueſtris: alter Boraginem Bugloſſæ tanquæ generi ſubijcit. Auicenna quoque ſecundo canone, capite de Lingua bouis, notat ſui temporis medicos, qui non uera Bugloſſa uterentur, ſed alia quæ non habet eaſdem utilitates. Quare in tanta medicorum, tum latinorum, tum etiam Arabum de herba Bugloſſa controuerſia, quid mihi uideatur, aperiam. Primum illud pro conſeſſo habetur, Bugloſſam græco interpretamento Linguae bouis aſſimilari. Duæ autem ſunt herbæ Linguae bubulæ, atque ideo etiam inuicem ſimiles: altera a nobis Lingua bouis, altera Borago nominatæ. Sed duæ quoque herbæ itidem Linguae bubulæ ſimiles celebrantur græcis nominibus apud Græcos, altera Bugloſſum, altera Criſion ab eiſdem græcis nuncupatæ: adeo, ut mihi nime dubitem, duas illas herbæ, quarum alteram Linguam bubulam, alteram Boraginem ſermone noſtro uocitamus, ad duo capita apud Dioscoridem debere referri: quorum alterum eſt de Bugloſſo, alterum de Criſio. Nam & hoc propter magnam quam habet cum Bugloſſo ſimilitudinem, Bugloſſum magnum pariter a Græcis appellatur. Verum diligentius conſiderantibus, deſcriptio Bugloſſi apud Dioscoridem plus Boragini conuenit: deſcriptio autem Criſij, ſiue Bugloſſi magni plus alteri quadrat, quam nos uulgo Bugloſſam, ſeu Linguam bubulam nominamus. Siquidem idem Dioscorides inquit folia Criſij eſſe longiora folijs Bugloſſi. Quamquam apud Pliniū, qui Criſion lib. 27. cap. 8. fere eodem modo quo Dioscorides deſcribit, eandem Criſion habere folia non longiora Bugloſſo, ſeu ut ipſe interpretatur, Lingua bouis, ſed potius minora, ſcribatur. Quem puto errorem ex uocabuli Græci ſimilitudine, & codicis mendo, quem Plinius habuit, contigiffe: quoniam pro macrotera, quod uerbum ſignificat longiora, microtera, id eſt, minora ſcriptum inuenit. Ego uero in multis codicibus græcis, non ſolum impreſſis, ſed etiam manu ſcriptis, apud Dioscoridem, μακρότερα, id eſt, longiora, non autem μικρότερα, id eſt, minora reperi. Liquido autem ſenſui ſubijcitur, folia herbæ illius, quæ uulgo Bugloſſa dicitur, eſſe folijs Boraginis longiora. Item idem Dioscorides inquit, in ſummo caule Criſij eſſe capitula purpurea, quæ ſoluuntur in lanugines: quod etiam in herba Bugloſſa a nobis appellata uiſu deprehenditur. Contra in Boragine capitula cerulea, non autem purpurea conſpiciuntur. In autore autem de ſimplici medicina leguntur hæc uerba. Bugloſſam Romani Linguam bubulam, Lucani Corago. Nascitur locis cultis & ſabuloſis. Forte autem pro borago uerbo, corago uicioſe ſcribitur: aut nomē coraginis, una litera uariata, eſt in Boragine uerſum. Quod autem inquit, naſci locis cultis & ſabuloſis, hoc idem de ſuo Bugloſſo Dioscorides tradit. Pandectarius quoque, ſi qua eſt huius hominis autoritas, in litera, I, Liſinaltaur, quod nomen apud Arabes ſignificat linguam bouis, ipſe Boraginē interpretatur. Quare forte melius fuerit, cum dicinæ adhibemus, Boraginem potius, quam illam quæ paſſim Bugloſſa nuncupatur recipere. Atque ita falſum erit id, quod Montagnana exiſtimauit, Auicennam nihil de Boragine dixiſſe. Nam, niſi mea me fallit opinio, caput de Bugloſſa, ſeu Lingua bouis apud Auicennam, eſt caput de Boragine, ſicuti etiam apud Serapionem. Falſum etiam erit, id quod Simon ſcribit, qui putauit neminem autorem de utraq; herba ſimul ſcripſiſſe. Siquidem Dioscorides apud Græcos, & Plinius apud nos, tam de Bugloſſa, quam etiam de Criſio fecere mentionē. Negari autem non poteſt, quin Borago ſit alterū duorum apud Dioscoridem, aut Criſion, aut Bugloſſum, ab his præſertim, qui Boraginem Bugloſſæ, uel Bugloſſam Boraginis ſpeciem conſitent: quantum & Dioscorides ipſe Criſion habere folia ſimilia Bugloſſo, & Bugloſſum magnū uocari teſtificatur. Si tamen Borago ſit Criſium apud Græcos, uerum erit quod a Montagnano ſcribitur, tam multa de Boragine a iunioribus medicis temere prædicari. Nam Dioscorides hoc tantus autem, quod herba aut radix alligata ſanat dolores uaricū. Quare medici iuniores utrum uelint acceptent, aut quod Borago ſit uera Bugloſſa, ut nos opinamur: aut quod eius herbæ uſus non ſit ad illa utilis, ad quæ ipſi arbitrantur.

I O A N. M A N A R D V S lib. 5. Epistoſularum.

Ex herbis congruunt, lactuca, cichorium, portulaca, Bugloſſon, quam Boraginem uocant. Et ſic ubique fere alias.

HERMOLAVS BARB. in Capitulo de Cirsio.

Cirsion potius q̄, ut quidam legunt Crision, a uaricibus dicta est, quibus utilis existimatur. Ita enim uarices ab Hippocrate dicunt. Quas Aristoteles Ixias uocauit. Huic herbae similis est, quae Hircina lingua uulgo dicitur, sed caule tñ rotundo, nō anguloso ut Cirsion: nec dissimilis huic uidet, quam Boraginem, siue Porraginem olitores nostri uocant, flore interrim purpureo, Cirsion interim ceruleo: quae si Cirsion non est, mirum, quamobrem sit indicta ueteribus, quae sit & uulgatissima, & cibo gratissima. Nisi quis Buglossae generibus contribuat.

A

Ixiæ.
Hircina lingua.
Borago.

Verba DIOSCOR. de quibus est Controuersia, Cap. de Buglosso.

Buglossum nascitur in cāpestribus, & uaporosis, Verbasco simile est, folium in terra sparsum, nigrius, asperum, bubulas imitans linguas.

EIVSDEM descriptio Cirsij, quā contendunt Boraginem.

Crision aliqui Buglossum magnum uocant, Romani Spumam mollem. Caulis est tener, duorum cubitorum, triangulo similis, anguli spinosi, per interualla mollis: folia Buglosso similia, maiora, subcādida, modice hirsuta, hispida, in quo capitula purpurea, quae soluuntur in lanugines.

IUDICIUM NOSTRUM.

Iam penes te sit, Lector, quicūq; es, iudicium. Nos utramq; tibi adproximus, & Buglosson, & Boraginem. Habes praeterea doctorum hominum iudicia, & Dioscoridis uerba tibi subscripta: uerisimileq; mihi uidetur, ut in floribus & haerbis conueniunt, ita quoq; in iuuamentis.

TEMPERAMENTVM.

Vtraq; calida est, & humida in primo.

VIRES ET IUVAMENTA

B

ex DIOSCORIDE.

Aiunt eam, quae tres thyrsos emittit, cū semine & radice tritam, potā q̄, contra tertianos rigores prodesse: quae quatuor, ad quartanos.

Ea in uino decoquitur. Herbam abscessibus utilem esse uolunt.

Proinde in uinum deiectum, animi uoluptates augere.

EX AEMILIO MACRO.

Lingua Bouis, graeco sermone Buglossa uocatur.

Hac choleram rubeam, nimio feruore perustam,

Purgat, cum uino fuerit si sumpta frequenter.

Cordiacum, cholerae quem feriat copia nigrae,

Consimili potata modo, curare ualebis.

Humores nocuos pulmonis detrahit hausta,

Mixtus aquae tepidae, si succus sumitur eius.

Illi qui patitur schiasim, mire medicatur.

Vim memorem cerebri dicunt seruare periti,

Vinum potatum, quo sit macerata Buglossa.

Laetos conuiuias, decoctio dicitur eius

Reddere, si fuerit inter conuiuia sparfa.

C

EX GALENO.

Congruit ob gutturis asperitatē tussientibus coctū Buglofsū in mulsā.

EX IOANNE VIGONIO.

Buglofsū generat sanguinē bonū, & uirtutē habet similem Boragini.

Et eius radix sub prunis decocta, cum panis madefactis pisata, cum equali portione pulpę pomorum, & sub prunis decoctorum, et butyri parum, panaricū dolorem mitigat.

Et omnes forunculos maturat.

In ore quoque detenta, si prius in uino granatorum sit macerata, & infusa, asperitatem, & siccitatem linguę febricitantium mitigat, & sitim restinguit, nec ingrata etiam infirmo.

EX APVLEIO.

Herba Buglossa, ex melle et pane pisata, uice malagmatis mirifice rūpit.

EX SERAPIONE.

Siquando folium eius comburitur, confert fluxibilitati dentiū & gingiuarum, & ad alcolā, & proprie quę accidit in ore puerorum, & omnibus caliditatibus quę fiunt in ore.

Proprietas eius est, purgare cholera: sed sumēda est cū bolo armeno. Et dosi eius est ab drach. iij. usque ad. v. cū saccharo, et cū drac. i. boli armeni.

EX HIERONYMO herbario.

D Aqua Buglossę dissipat Ictericiam, mundificat lepram & scabiem, & fluxiones capitis mitigat.

EX IOAN. VIGONIO.

Virtus eius est, sanguinem bonum generare.

Et uniuersaliter uulneratis conceditur in ferculis, cum petrosileno, & mentha, præsertim in iure gallinarum decocta.

EX PLATEARIO.

Conualescentibus ex ægritudine ualet.

Item syncopizantibus, cardiacis, melancholicis, comesta cū carnibus, uel condita cum sagimine.

Contra syncopim talis est usus. Ex succo Boraginis cum saccharo, fiat syropus, addito osse de corde cerui.

Contra melancholicam passionem, & epilepsiam sic fiat decoctio in succo eius de sene, & in colatura fiat syropus. Si deest herba, semen eius decoquatur in aqua, in cuius colatura fiat syropus. Et nota, quod semina per duos annos possunt seruari in multa efficacia.

Radix competit usui medicinæ. Contra Ictericiam comeditur cocta cum carnibus & succo eius, & scariolæ, utatur in potu.

A V T O R E S E T D E S C R I P T O R E S

Buglossę & Boraginis.

Dioscorides, lib. 2.

Hermolaus Barbarus.

Mar. Vergilius.

Platearius, cap. 2.

Serap. cap. 63.

Apuleius, cap. 21.

Aemilius Macer.

Manardus.

A



B

Verbena officinalis L.
musci Koch.
 C. B. 269
 Sm. H. 3. 71

Verbena Masculina.

12

1537. 119

C

VERBENA fœmina.



Senecio vulgaris
Sprung. hist. 1. 314
Musci. dict.
Sm. p. 3. 4 28

Dist. semp. but

ysenkrut weiblin.

D

D E V E R B E N A,

Rhapsodia Decima octava.

ONOMENCLATURA.

Græcæ, ἱερά βοτάνη, περιστεριῶν ὕψισ, ἠρίγινισ, σιδιρίτισ, κουρίτισ, περιφόνιον, διός ὑλακάτη, λιχρώμοσ, κάλλισισ, ἰπάρισσ, λιμητριάσ, ἔρνοίσκηπλον.

Latinae, Verbenaca supina. Sacra herba. Verbena. Sideritis. Curitis. Demetrias. Erysisceptrum. Cinninnalis herba. Lachryma lunonis. Herba Sanguinalis. Sanguis Mercurij. Mustelæ sanguis. Hierobotane. Licinia. Lustrago. Columbina. Militaria. Vertipedium. Crista gallinacea.

Germanicæ, ysenhart. ysenkrut.

AUTORVM PLACITA

de Verbena.

Sententia DIOCORIDIS de Verbena.

CVBITALES hæc Verbenaca profert uirgas, aliquando etiam maiores & angulosas, circa quas folia sunt p̄ interualla, quernis similia, angustiora tñ, minoracq; sed p̄ ambitū secta, colore quadatenus glauco. Radicem habet oblongam, gracilemque; flores purpureos, tenuescq;.

Præconium Verbenæ ex P L I N I O,
libro. 25. cap. 9.

A

Nulla herbarum Romanæ nobilitatis plus habet, quàm Hierobatane. Aliqui Peristerion, nostri Verbenacam uocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac Iouis mensa uertitur, domus purgantur, lustranturque.

Superficiofa
herba Ver-
bena.

Genera eius duo sunt. Foliosa, quam foeminam putant. Mas rarioribus folijs. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minorâ quàm Quercus, angustioraque, diuisuris maioribus. Colos glaucus, radix longa, tenuis. Nascitur ubique in planis, aquosis. Quidam non distinguunt, sed unum omnino genus faciunt, quoniam utraque eisdem effectus habeat. Utraque fortiuntur Galli, & precinunt responsa. Sed magi circa hanc insaniunt. Hac perunctos impetrare que uelint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. Colligi circa Canis ortum debere, ita ut ne luna, aut sol conspiciatur, fauis ante & melle terræ in piamentum datis. Circumscriptam ferro, effodi sinistra manu, & in sublime tolli: sicari in umbra, separatim folia, caulem, radicem. Aiuntque, si aqua spargatur triclinium, qua maduerit, lætiores conuictus fieri. Aduersus serpentes conteritur uino. Est similis Verbasco herba, que sæpe fallit, pro ea capta, folijs minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta, blactas in se contrahit. Ideoque Romæ Blactariam eam uocant.

Terentius in
Andria.
Ex ara hinc sur-
me Verbenas
tibi.
Verg. eglo. 8.
Verbenas ad
ole pingues,
et masculathu-
ra,
Coniugis ut
magicis sanos
auertere sacris
Experiar sen-
sus, nihil hic
nisi carmina
desunt.

Idem lib. 22. cap. 2. Autores imperij Rom. conditoresque, immensum quiddam & hinc sumpserunt: quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris legationibus, quàm Verbenæ. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex arce, cum sua terra euulsum. Hoc semper & legati, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur usi, id est, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius uocabatur.

B

Picturatio Verbenæ ex A P V L E I O.

Nascitur ubique in planis, & aquosis locis Verbena. Folijs subalbis, & uelut incisus, radice simplici atque thyrso, uirtute redarguenti quam Stypticen uocant. Est quæ uulnera conglutinat, atque putredines abstergit. Est autem columbis esca iucunda.

Autor P A N D E C T A R I V S de Verbena.

Species Hierobatanos est Centrum galli, & est supina. Secunda est Verbena, quæ dicitur Gallinacea, & est recta, & ideo uocatur ὄπθου

Centrum Galli.
Gallinacea,
ὄπθου.

Verbena unde sic dicta est, ex H E R-
M O L A O B A R B A R O.

Peristereon a Græcis uocata, quod columbæ in ea manserunt. Unde Columbaris uocatur. Item Lucinia, & Lustrago, & Militaria. Sunt qui Petonomon, a uolucrum pastu nominant, & a colorum uarietate Panchronon. A nostris Verbena, & Verbenaca, siue (ut arbitror) corrupte Verminaca dicitur. Item Ferraria, non feria, etiamsi Dioscorides ita nominasse uideatur. Quandoquidem secundum huius herbe genus, ab ipso

Columbaris.
Petonomon,
Panchronos.

Verminaca.

C met Dioscoride Sideritis appellatur.

T E M P E R A M E N T V M.

Virtutem habet exiccandi, & uulnera consolidandi.

V I R E S E T I V V A M E N T A

eius ex DIOSCORIDE.

Folia cum suillo adipe recenti, aut rosaceo imposita, uulneris dolores finire putantur.

Ignem sacrum, illita ex aceto reprimunt.

Putrida ulcera cohibent.

Vulnera glutinant.

Veteraq; ex melle, ad cicatricem perducunt.

EX AE MILIO MACRO.

Verbenam, Hierobotanem, Peristereonq;

Appellant Græci, species hæc fertur habere

Binas, effectus est idem pene duabus.

Cum uino iuuat ictericos si sæpe bibatur.

Pestiferos morsus curat, superaddita trita:

Cum uino renouanda quidem per quatuor ista

Est medicina dies: oris bene uulnera purgat,

Illius succus tepidus si uoluitur ore.

Hoc quoq; facta recens herbæ decoctio præstat.

D Hac etiam quæuis putredo repellitur oris,

Si tepesacta diu uoluatur fauce sonora.

Glutinat herba recēs uulnus, superaddita trita.

Occurrit cunctis cum uino sumpta uenenis.

Quæ fuit alternis febris accedendo diebus,

Pellitur hac, tribus sumptis radicibus eius.

Cum totidem folijs potentur aqua soluta,

Ista prius patiens, q̄ frigus senserit ullum.

Hocq; modo febris quartanis illa medetur,

Bis binis folijs, cum tot radicibus haustis

Illius in uino si sit decoctio facta.

Conuiuas hilares inter conuiuia sparsa.

Reddere narratur, ut iam præscripta Buglossa.

Hanc herbam gestādo manu, si queris ab ægro,

Dic frater, quid agis? bene, si responderit æger,

Viuet: si uero, male, spes est nulla salutis.

Ex hac compositam quidam iussere coronam,

Apponi capiti causa quacumq; dolenti,

Sic dicunt illam celerem conferre medelam.

Plinius affirmat, hanc omnibus esse salubrem

Visceribus, lateris morbis, iecorisq; quærelis,

Pectoris & uicij, & præcipue medicari

Vires Verbe
næ.

Superstitiosū

Pulmonum caussis, hanc asserit ille, phthisiq;
 Parotidas reprimat, adipi commixta uetusto,
 Herbam, cui nomen folijs de Mille dedere,
 Betonicamq; pari Verbenæ pondere iunge,
 Hæc mixta potentur aqua, nullum medicamen
 Vtilius credunt illis, quos calculus angit.
 Non modicum laudare magos hanc asserit herbam
 Plinius, hanc cunctis dicunt obsistere morbis:
 Et quod quisq; petet, hac impetrare perunctum,
 Sic & amicitias captari posse potentum,
 Et pelli febres, & plurima talia fingunt.
 Quæ quamuis natura potens concedere posset,
 Vana tamen nobis, & anilia iure uidentur.

EX APVLEIO cap. 3. & 66. Nam duobus
 capitibus, eandem rem fere agit.

AD V L C E R A, & P A R O T I D A S.

Herbæ Verbenacæ radix in collo ligata, summe proficit.

AD S T R V M A S, & P a r o t i d a s.

Herba Verbenaca tusa, & imposita, mirifice sanat.

Ad eos qui I N D V R A T A S V E N A S ha-
 bent, & cibos non recipiunt.

Herbæ Verbenacæ succus datur bibere, sed cocta: postea miscetur
 cum uino & melle, & aqua, & statim sanat. B

AD H E P A T I S dolorem.

Herba Verbenaca solstitio lecta, in puluerem redacta, robusto dabis
 cochlearia quinq;, ex uino q̄optimo cyathis tribus potui sumpta, mire
 proficere creditur. Cæteris pro cuiusq; uiribus sic dabis.

A D C A L C V L O S O S.

Verbenacæ radix contusa ex mulso optimo, tepido data, incredibili-
 ter calculosis succurrit: nec solum ipsis calculosis, sed & quicquid esset,
 quod urinam impediret, celeriter reducet.

AD C A P I T I S dolorem.

Herbæ Verbenacæ corona facta, & capiti imposita, dolorem capi-
 tis tollet.

AD S E R P E N T I V M morsus.

Herbam Verbenacam cum suis folijs & radicibus, quisquis offultam,
 cinctamq; secum portauerit, ab omnibus serpentibus tutus erit.

A D M O R S V M A R A N E O R V M,

quos Græci Phalangios uocant.

Herbæ Verbenacæ ramulos ex uino decoctos & contritos: deinde
 quod acetauerit, plagæ impones, & adaperiet: postea crudam cum mel-
 le contritam in ulcus audaciter insertam, mature ad sanitatem perducere
 certus autor affirmat.

C

A D M O R S V M R A B I D I

C A N I S, & hydrofa hydri.

Herbam Verbenacā in uulnus adponito, tritici quoq; grana integra indita uulneri donec humore remollita expleant: iam tumidas proijcito illas gallinæ: si non appetit, simili modo alia grana conijcito: si sic esse cœperint, periculi sublatis signum erit.

A D V V L N E R A recentia.

Herba Verbenaca contrita cum butyro uulneri imponitur.

Ad morsum S E R P E N T I S.

Herbæ Verbenacæ ramuli ex uino decocti & contriti, si cæca erit plaga, cum tumore impositi adaperiunt primū: exulcerant deinde: postea crudi cum melle contriti, & ulceri inserti, donec ad sanitatem (quod celeriter fit) perducunt, imponuntur.

M O R B O R E G I O L A

borantibus, auruginosisue.

Herbæ Verbenacæ drachma una, & nardi obuli tres, baccæ crudæ foliorum expressus succus, & paululum myrrhæ contritæ, ex aqua cyathis tribus potui data, expellere morbum creditur.

D

A V T O R E S, E T D E

scriptores Verbenacæ.

Dioscorides lib. 2.

Plinius lib. 25. cap. 9.

Galenus. 8. simpliciū phar-

macorum, cap. 22.

Ad Paternianum cap. 222.

Apuleius, cap. 3.

Aemilius Macer dict. Ver-

bena.

Autor Pandectarum.

Hermolaus Barbarus.

Paulus, cap. de Peristereis.

Chamædrys.

A



*Veronica chamædrys, L.
Mull. dict.
C.B. 249*

1537.125

Gamenderlin.

B

DE GAMANDRAE A,
Rhapsodia Decimanona.

NOMENGLATVRAE

Græcæ, χαμάδρυς. χαμάδρυς. λινόδρυς.

Latinae, Gamandra. Trixago minor. Quercula minor.

Germanicæ, Gamenderlin.

PLACITA AVTORVM de Trixagine.

Historia TRIXAGINIS ex
DIOSCORIDE lib.3.

NASCITVR asperis, & petrosis locis, estq; brevis frutex, altitudine quantum a summo pollice, ad extremum minimum digitum patet explicita hominis manus. Folijs parvis, figura diuisurisq; quernis similibus, gustu amaris, purpurescente flore, & ipso etiam exiguo. Carpenda est suo semine prægnans herba.

PLINIANA Trixaginis historia, lib.22. cap.15.

Chamædrys herba est, quæ latine Triffago dicitur. Aliqui Chamædropen, alij Teucrion appellauere. Folia habet magnitudine Menthæ, colore & diuisura Quercus, Alij Serratam, et ab ea ferram inuentam esse Serrata.

C dixerunt. Flore pene purpureo. Carpitur prægnans succo.

De Nomenclatura Trixaginis M A R. V E R G I L.

Trixago.

Chamædrys.

Chamærops.

Teucrion.

Theophr. de
Trixagine.

Medicinæ
Trixaginis.

Coactæ breuitatis quercus quædam Trixago est, & inde illi a Græcis nomen. neque enim Chamædrys aliud, quæ humilem & terrestrem quercum significat. Ab eadem breuitate aliud Chamæropis nomen illi ab aliquibus factum est. Sic enim ex ueterum Græcorum & Latinorum fide legendum esse existimamus, etsi hic Chamædropa uocari tradat. Plinij enim codices omnes ante Barbari castigationem, Chamæropen, non Chamædropen uocari Trixaginem dicebant. Eam uocem scriptoris huius lectione ille emendauit. Is etiam quem nos habemus Lor gobardis literis scriptum latinum ueterem Dioscoridem, Chamæropa, non Chamædropa Trixaginem dici testatur. Nec nos rationem, aut causam habemus, cur hoc magis quæ illud dici oporteat: etsi excogitanda aliqua sit, nulla uero similior erit, quæ, quoniam humi serpat, sic dicta quondam fuerit. Et si id recipiamus, tunc Chamærops dicenda potius erit. Nos in ambiguo plures ueluti testes secuti, Chamæropem potius diximus. Cur autem Teucrion hæc etiam diceretur, causam hic ipse ostendit: ideoque a nobis relinquenda est, qui multo labore quæsitam Romanæ appellatiōis originem, nondum inuenimus. Nihil enim Plinius aliud inquit, quæ Trixaginem latine dici Chamædryn herbam. Descripsit tamen eam: & quæ hic, folia parua dixit, ille Menthæ magnitudine: & quæ hic figura & incisuris quernis similibus, ille colore & diuisura quercus. Adiecit præterea, Serratam ab alijs hanc herbam dici: & ab ea, id est, ab incisuris illis quas per ambitum habet, eodem quo nunc modo in serra uidentur dentes, inuentam fuisse ferram. Theophrastus cum lib. 9. de Plantarum historia eius meminisset, de notis, partibusque eius breuiter egit: sed quas habet in medicina uires multas numerauit alias ab hoc scriptore, ideoque repetendas hoc loco a nobis: quæ huiusmodi sunt. Trixaginis autem folia ruptis, uulneribusque profunt: in quæ usum ex oleo trita imponuntur. Profunt & depascentibus ulceribus. Purgat semen bilem. Confert idem oculis: oportetque tritum folium ex oleo illis admouere. Habet Trixago quernis similia folia: totumque eius incrementum dodrantale est: quod a nobis in Dioscoride expansæ manus mensura significatum est. Adiecit præterea Theophrastus, odoratam, suauemque Trixaginem hanc esse, facilem inuentu, & ubique ex his notis cognoscendam herbam. In cuius mensura, a Barbaro non leuiter nos & alij discrepamus. Ille enim quatuor digitorum altitudine eam describit: nos, ut solemus, semper ubi sphitame sit, quantum tota hominis explicata manus patet. Id enim obseruauimus eam significare uocem. Quatuor uero digiti, quos ille in sphitame numerat, palmi mensura sunt, quæ longe minor quæ dodrans est: qua uoce priuatim Plinius græcam sphitamen in. vii. manifeste conuertit. Sic etiam quem ille florem exilem dixit, nos simpliciter paruum uertimus. μικρόν enim hic ait. Quod præterea Dioscorides ait ἀγιν ἔμβρυα ad abortus pertinens, ille ad partus facilitatem pertinere opinatus, partus ciere dixit.

TEMPERAMENTVM.

A

Est illi calefaciendi uis, simul & siccandi, usq; in tertium gradum, ut inquit Galenus & Macer. Nam in qualitate eius dissonant scriptores.

VIRE ET IUVAMENTA eius ex Dioscoride.

Decoquitur uiridis in aqua, bibiturq; utiliter conuulsis decoctū eius.

Tussientibus itidem, duratis lienibus, urinæ angustijs, & cutem incipientibus subire aquis,

Menses eadem trahit & foetus.

Lienem minuit cum aceto pota.

Contra uenenata cum uino bibitur.

Potest idem emplastri modo imposita etiam.

Quinetiā concisa, tritaue, contra prædicta in pilulas cōformari potest.

Purgat uetera ulcera ex melle.

Contra oculorum caligines trita inspergitur, & ex oleo inungitur.

Est autem illi calefaciendi uis.

EX PLINIO.

In petrosis aduersus serpentium uenena, pota, illitaq; efficacissima.

Item stomacho, tussi ueteri, pituitæ in gula cohærescenti, ruptis, conuulsis, lateris doloribus.

Lienem consumit.

Vrinam & menses cit.

Ob id incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius, in tribus seminis aquæ decoctis, usq; ad tertias. Faciunt & ex ea pastillos, terentes eam ex aqua supradicta.

Sanat & uomicas, & uetera ulcera, uel sordida, cum melle. Fit & uinum ex ea pectoris uitijs.

Foliorum succus cum oleo, caliginem oculorum discutit.

Ad splenem ex aceto fumitur.

Excalfacit perunctione.

EX AEMILIO MACRO.

Depellit abortū, si mixta potetur aqua unc. ij.

Cætera æqualiter cū Plinio, uel ut inquit Hieronymus, pondere unc. ij.

EX APVLEIO.

Ad Rupturam.

Impendio prodest Chamædrys herba contusa de ligno in lignum, ad iecta uino, potui data: cum mira celeritate ruptos sanabit.

AD MORSVM serpentis.

Herba Chamædrys in puluerem mollissimum redacta, in uino ueteri potui data, uenenum uehementer discutit.

AD PODAGRAM.

Herbam Chamædryn perinde dabis ut supra, calidam, mire Porragoriam præstat.

Legenda uero est mense Augusto.

C EX AVERROE Quinto Colliget. 17. cap.

Chamædreos est calida & sicca in secundo gradu. id significat amaritudo cum acumine. Incidit humores grossos, & exopilat mēbra interiora.

EX PLATEARIO de Chamædry & Chamæpithy.

Chamædrys calida est, & sicca in quarto gradu, similiter Chamæpithyos. Chamædreos quercula maior, Chamæpithyos quercula minor appellatur. Virtutemq; habet durenticam, & mundificatiuam.

Contra uomitum factum ex anatropha, uel ex aliqua caussa frigida, coquantur herbæ ipsæ diutissime in aqua salmacina, uel naturaliter falsa, & addito oleo, & modico aceti: fiat cataplasma supra pectus. maximum remedium est contra uomitum quemlibet ex frigida caussa.

,, Puluis etiam eius cum melle datus, lumbricos occidit.

,, Contra catarrum ponantur pulueres calidi in sacculo, & capiti superponatur, optimum remedium est.

Ad furfures capitis, uel barbæ, farina lupinorum decoquatur in aqua falsa, addito aceto, & in colatura addito puluere utriusq;, uel alterius, ea postea caput lauetur.

Contra paralyfim, in uino herbæ decoctæ, loco dolenti superponantur. Ulcera & uulnera consolidat earum puluis.

D Ad matricem mundificandam, & eam infrigidatam ex superfluitatibus phlegmatum calefaciendam, coquantur herbæ illæ in aqua diu, & fomentetur inde mulier, & herbæ ipsæ cataplasmentur super pudendis.

Puluis earū in oleo decoquatur, & bombix intinctus superponatur: uel puluis conficiatur cum succo Mali terræ, & superponatur.

EX HIERONYMO HERBARIO.

Gamædreæ aqua in ieiunio pota, sanguinē purificat, & scabiem pellit. Sanat eadem alcolam, & oris ulcera.

EX AGGREGATORE Herbario.

Huic herbæ cognatum ferunt, ut qui eam gestauerit in sinu, palam omnibus perosus habeatur.

Caliginē quoq; oculorū clarificat, inditus oculis illius succus, uel aqua.

AUTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides lib. 3.

Plinius lib. 22. cap. 15.

Apuleius cap. 22.

Theophrastus lib. 9.

Macer dict. Chamædrys.

Auerrois Quinto Colliget.

Platearius 18. cap.

Serapion cap. 180.

Galenus. 8. simplicium cap. 133. & 66.

Georgius Valla, dict. Chamædris.

Hieronymus Herbarius.

Ad Paternianum cap. 72.

Error Platearij in Chamædry, & Chamæpithy.

*Marcus pseudo narcissus, L.
Sm. fl. C. 8. 52
R. S. 7. 938*

*Leucorum verum, L.
C. 8. 52
Sp. hist. 1. 314*



1537. 129

De N A R C I S S O, & Hermodactylo,
Rhapsodia Vicesima.

¶ N O M E N C L A T V R A E.

Græcæ, νάρκισσος. αυτογενής. βόλβος ὁ ἐμετικός. λείριον. ἄνυδρος.

Latinæ, Narcissus, Hermodactylus.

Germanicæ, in Marcio, **Somungs blüm**. In Septembri, **Zeytlöflin**.

PLACITA AVTORVM de Narcisso.

Historia Narcissi, secundum D I O =
S C O R I D E M, lib. 2.

NA R C I S S V S folia Porro simillima habet, tenuia, multo mi-
nora, & angustiora:caulis uacuis, & sine folijs, supra dodrantem attolli-
tur:flos albus in medio, intus croceus, in quibusdam purpureus:radix in-
tus alba, rotunda, bulbosa:semen uelut in tunica, nigrum, longum. Pro-
batissimum nascitur in montibus suaui odore. Cætera Porrum imitatur,
atq; herbaceum uirus olet.

C

Hermolai Barbari Iudicium de

NARCISSE.

Eixōy Narcissi

Narcisso folium Albuci, terræ proximum, sed latius, ut Lilio pingue, frequens, angustum, caule sine folijs hærbaceo. Flos in cacumine, post Arcturum, & circa æquinoctium, ac uere: item post Liliū, & Violam, Flāmēā uocatā, membrana inclusus ceu uasculo, ampliusculus, nigricās, oblōgus: qui defluens, sponte germinet: præsertimq; defixus in terrā: manu seritur: & radice ampla, rotunda, carnosa. Caulis & cū eo flos erumpit, ut in croco, anteq; folium: quod non anteq; reflorescat, cernitur. Caulis cum flore suo emoritur. Radix Bulbo assimilis, nisi q; non est squamata. Narcissus toties florendo, tria sationū tēpora demōstrat. In coronamēta flore ueniens. A Narce, hoc est, torpore dictus: qm̄ caput grauet: non ut fabulæ, a puero. Plinius duo genera constituit. Vnum flore candido, calice purpureo. Alteri cetera eadem tribuit, sed calicē herbaceū. Omnes inquit serotini, post Arcturum enim florent, ac per æquinoctiū Autumnū. Duo hæc inquit genera medici præcipiūt, quasi & alia sint, quæ non recipiant, hoc est (ut arbitror) genus illud quod uere, aut æstate nascit: ut ex Theophrasti sententia prædiximus. Sciendum porro est, cum florem eius nigrum a Theophrasto dici legimus, nō de flore ipso, quem candidū esse conuenit, intelligi, sed de semine: quod & membrana contegi, & nigrum, ac prælongum esse constat: quo in terram cadente, propagat se, atq; serit Narcissum. Eumachus cyrenæus in Rhizotomico, etiam Crotalon, & Acacalida Narcissum uocari tradidit. Nam & Crotos in Hippocrate, ad ulcera uetera, & uulnera recentia probata, quid aliud sit q; Narcissus, non uideo. Nisi quis Crotum pro Crotone, hoc est, Cici capias in eo. Iulius Pollux autor est, Theophrasti morem fuisse, Lirium pro Narcisso dicere: Homerum uero Lirij appellatione, completū florum omne genus. Narcissum ab adolescente suimet amore capto, & in eum florem conuerso, natum in Boætia Thespienses garriunt, fontem Donaca monstrantes, ubi se specularetur puer stultissimus: qui umbram suam a se nesciret distinguere. Coarguit hanc fabulam uetustissimus poeta Pamphilus, qui Proserpinam multis annis anteq; Narcissus esset, captam a Plutone cecinit, carpentem Narcissos.

Idem rursus in COROLLARIO
LILIORVM.

Quatuor genera Narcissi.

LILII QVADRVPLEX genus in Theophrasto. Primi flos uere cum Viola sæpe alba, pauloue postea erumpit. Hoc ab eo proprie, Crinon, hoc est, Liliū uocatur.

Liliū trans maria.
Cerinthus.

Alterum genus Lirium appellat, uere quidem omnino florēs, uerum serius cum Narcisso. Forteq; hoc sit, quod a Plinio Liliū trans maria nuncupatum est. Tertium æstate floret, & Cerinthus priuatim uocari puto: quanquām & alias res Cerinthus significat, ut inferius

liquebit. Quartum genus, quod item Lirium græci appellant. Autumno floret: emicatq; primis hymbribus. Est & rubens Liliū, differens (ut arbitror) a Purpureo, uisum a nobis Patauī in Felicis horto. Probatissimū in Antiochia, & Laodicæa Syriæ: mox Phaselide: quartum locum obtinente, quod in Italia nascitur. Hoc genus proprie Crinon a Græcis uocari, & florem eius Cynorhodon, autor est Plinius. Hoc & Hippocrates acceperit, cum rubentia Cynorhoda sceminarum purgationibus commendat in uino. Lilia purpurea & arte fiunt, maceratis in fæce uini scapis anteq; ferantur, mense Martio, et in scrobe circumfufis eadem fæce: in quem usum scapos arefcentes colligunt Iulio mense, Lilia in fumo suspendentes. Caule gemino Purpurea uisuntur aliquando, carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, calix hærbaceus. Post Arcturum & æquinoctium Autumni florent Purpurea: quorum genus unū uocant Narcissum: cui uidelicet in radice sunt folia, calices, ut diximus hærbacei, cætera eadem quæ candidis. Albo nihil est foecundius, unā radice quinquagenos sæpe nutriente bulbos.

Iudicium MARCELLI VERGILII de Narcisso.

Lilio congenerem Narcissum antiquiores oēs faciūt, a Lilio statim continuata historia de eo agentes. Omniūq; certissime Theophrastus lib. 6. de plantarū historia his uerbis inter cætera de eo agens, ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον, οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δὲ ἐκεῖνο καλοῦσιν. Quod est, Narcissus autem aut Lirion. Sunt em̄ qui hoc, et qui illo nomine appellent. Manifesto argumēto, congenerē, aut similem saltē Lilio Narcissum esse. Ex quo Lirion, qua uoce Lilia ueteres appellauerunt, & ipse quondam dici poterat: & si ex antiquis græcis testati aliquot fuerint, Lirion priuatim Narcissū indicare. Quemadmodū Crinon solum Liliū. Addiderunt quidā, etiā ab Homero flores oēs una Lirij appellatione indicari. Quod & Aristophanes in Comœdia etiā seruasse creditur. Sed quemadmodū nos in scriptore hoc, & in alijs obseruauimus, uaga hæc nomina, similitudo, & pene eadē natura fecit. Vocariq; solitū Liliū a græcis Lirion, manifeste hic scriptor ostendit, cū ait. Quidā etiā quemadmodū Liliū Liriū Narcissum uocant. Videnturq; Latini una tantum mutata litera, & ut balbutientes solent pueri, pro, r, l, pronunciasse: sicq; ex græcorū Lirio suum Liliū fecisse: eodem mō quo lepidissimus græcorū comicus in equitibus suis blefa lingua in cōcione loquentē Alcibiadem finxit, ὄλῃσ θέωλος κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Cum tñ in eo qd̄ intelligi uolebat, ubi, l, litera auditur, intelligēda, r, erat, ὄρῃσ θέωρος κεφαλὴν κόρακος ἔχει. Sed ut rem nostram agamus, pro comperto sit, cōgenerē Lilio, aut illi penitus similem Narcissum esse: & qm̄ dolores & torpidas capitis grauitates faciat, a narce, qua uoce græci torporē indicāt, nō a fabuloso puero, ut poëtæ finxerunt, Narcissum græcis dictū fuisse. Testes in eo nomine rōnis eius sunt Plinius. 21. uolumine, cap. 19. & Symposij sui. 3. cōmētario, cap. 1. Plutarchus. Cuius obiter de Narcisso uerba hæc sunt. καὶ τὸν νάρκισσον ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νῦρα, καὶ βαρῦτητα ἐμποιοῦντα σαρκώδεις. διὸ καὶ σοφοῦλῃσ ἀντὸν ἀρχαίαν μεγάλην θεῶν τουτέστι τῶν χθονίων σφάνωμα προσηγόρευκε. Quod est. Et Narcissum appellauerunt, quasi neruos hebetantē, & torpidas facientē grauitates. Quapropter & Sophocles magnorū Deorum, id est, subterraneorū coronamentū eum uocauit: q̄ scilicet defuncti & morte torpidi, torpido flore merito coronarent. Anydron uocasse quosdam Narcissum etiā in Dioscoride legitur: idq; nos factū illi nomē credimus, q̄ longe ab aquis in montanis floret. Quod etiā illi adiectū est Autogenes, quæ uox a seipso genitū, uel per se nascens significat, rationē eam habet quā Theophrastus his uerbis indicauit. οὗτος δὲ ἐκ πίπτων ποτὶ βλάσκειν αὐτόματον, de flore & semine dicta ea sunt, significantq;. Hic autē decidens sponte sua germinat & nascit. Et si idem scriptor statim testetur, colligi semen eius, sericq; opere humano, nec minus etiā, ut in cæteris Bulbis plantari radicem. Vocari a quibusdam etiā Vomitorium Bulbum in Dioscoride audimus: haud fane, quia idem Vomitorio Bulbo sit, qui. 2. uolumine descriptus est, sed quia bulbosæ radicis, simulq; Vomitorius ut ille est: quē in antiqua medicina habet precipuū usum. Serebat quondā in hortis ad coronamēta Narcissus: nūc montanis locis, in qbus nascit, quærendus est: non difficilis inuētū, si diligentius quærat. Totam em̄, excæpta caulis alti

A
Liliū
rubens.

Crinon.
Cynorhodō.

B
Narcissus con-
gener Lilio.
Lirion pri-
uatim est Nar-
cissus.

Aristopha-
nes.

Narcissus a
Narce.

Plutarchus.

C tudine, & calathi ambitu, quæ duo minora, quæ in Lilio sunt, Lilioꝝ speciem referre eum testati oēs sunt. Et præter id serotinus flos (post arcturū enim Augusto mense, & ad Autumnii æquinoctiū floret) inter Lilia floresq; alios, qui fere oēs tunc defecerūt, latere nō potest. Habet & alias in scriptore hoc notas, quibus deprehendi possit: Folia porracea: quæ Plinius in radice esse illi ait, minora tñ & angustiora: Concauū caulem, & sine folijs dodrantali altitudine: Postremoq; florem candidum, in medio croceū: & quod alteri eius generi cōpetat, necesse est, in aliquibus purpureū. In qua descriptione, nisi in cunctis græcis, quæ hactenus uidere licuit, uitiū sit, ratiocinari oportet, duplicem esse Narcissum. Quod Plinius sane manifeste indicat duobus locis. Primum, 21. uolumine, capite. 5. in Liliorum historia, dicens. Narcissum uocant, huius alterū genus candido flore, calice purpureo. Mox eiusdem libri, cap. 19. Narcissi duo genera in usu medici recipiunt. Vnū purpureo flore: & alterum herbaceū. Non leui, ut uidetur in docendis his uarietate. Siquidē in priore illa descriptione, alterū Narcissum flore candido, & calice purpureo: in posteriore alterum purpureo flore, alterum uero herbaceum esse dixit. Theophrastus quod hactenus in eo obseruauerim, cum sæpius Narcissi meminerit, nulla huiuscemodi generū diuisione usus est: semperq; tanq; unus Narcissus sit de eo docet, nunc folia, nunc florendi tēpus, nunc caulem describens: a quo credimus Plinium alterum genus herbaceum uocasse. Siquidē in eius historia inter cætera auditur, τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν ποιάει δὲ. Quod est. Caulē quidē sine folijs, uerumtamen herbaceum. Ex quo potuit Plinius non a flore herbaceum alterum id genus appellare. Non ideo tamen non recipiendum duplicem Narcissum esse. Hoc enim a Dioscoride, Plinioq; & ab alijs traditur, Sed quæ eorum discrimina in flore docentur, non satis & in scriptore hoc, & in Plinio certa sunt. Cætera quidem, ut ex Theophrasto patet, eandem habent historiæ ueritatem. Ille enim, 6. de plantarum historia Narcissum his uerbis descripsit. Narcissus uero, aut Lirium (sunt enim qui hoc, & qui illo nomine appellent) folium Asphodeli figura terræ proximum habet: latius tamen quæ Asphodeli, & quasi liliaceum. Caulem nudum quædem folijs, uerumtamen herbaceum: in summo cuius flos est. Semen ueluti in uasculo membrana quadam clausum, grande, nigrum, & figura oblongum. Id decidens sponte sua germinat. Verumtamen id colligentes, etiam in terra depangunt. Serunt & radicem, quæ rotundam, carnosam & grandem habet. Serotinus flos est. Post arcturum enim & circa æquinoctium floret. Idem eodem libro in foliorum disciplina ait, Narcissum angusto, numeroso, et pingui folio esse. Nec multo post de caulibus plantarū agens ait, Mirabile autē in cunctis quod in Scylla & Narcisso accidit. In alijs enim & quæ a principio conferunt, & per se regerminant, uere folia primū prodeunt, dein caulis: in his autem, id est, Scylla & Narcisso caulis præcedit, & in Narcisso floris tantum caulis. Post quæ cum longius descripsisset Scyllæ caulis & floris ortum, subiecit. Cū autem caulis hic consenuerit, tunc post aliquot dies folia prodeunt. Similiterq; & in Narcisso fit, πλὴν ὅντε καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθος ὡσπερ εἰπομεν. ὅντε καρπὸν φανερόν ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταφθίνει καὶ ὅταν ἀνασθῆ τότε τὰ φύλλα ἀνατίλλει, id est, Verumtamen nullū aliū caulem præterq; floris causa prolatum, ut præmonstrauimus, Narcissus habet. Manifestum itidem non habet semen. Flos autem ipse una cum caule arefcit, & cum aruerit, tunc folia emergunt. Præterea florere prius Scyllā, postea uero Narcissum, idem paulo post testatur scriptor. Nosq; tam multa ex eo collegimus, ut facilius & certius deprehendi possit tanti nominis in antiquorum coronamentis flos. Quæ enim Plinius diuersis locis de eo tradidit, ex Theophrasto quidem deflexa sunt: sed tanta breuitate ab eo tractata, ut obscuriora legentibus aliquādo sint: & ut respondere sibi inuicem Theophrastus & Diosc. uideantur. Cuncta enim de folijs, caulibus, & semine ambobus eadem sunt. Floris color, & coloris discrimen in Theophrasto tantū desyderatur: idq; obseruasse & discreuisse legentes oportet: præsertimq; quod hic croceū & purpureum in medio describit: quod Plinius florem appellat, non satis certo intellectu, totum ne florem sic uocet, an quæ crocata in eo sunt & purpurea, ut hic manifeste docet. Potest enim utraq; pars flos dici: quemadmodum in Viola nigra de duplicis floris ex disciplina Theophrasti floribus diximus. Nos in Apenninis montibus his nostris, frequentem uidimus florem Augusto & Septembri mensibus florentē, figura Lili, dodrantali altitudine: folijs qualia in Narcisso hoc describuntur: singulari caule, hsdemq; alijs omnibus, excepto colore, qui nec caaidus, nec purpureus ut Plinius docet sit, sed inter candidum & luteum colorem nullius, aut exigui odoris. Vidimus & in mitioribus collibus natum, sed non tam speciosum, & magis albicantem: diuq; credidimus Narcissum eum esse: neq; ab opinione ea longius adhuc discedimus. Inclinat enim animus, potuisse antiquis uagum Narcissi nomen esse: & ut in plantarum disciplina sæpe alias testati sumus, congeneribus, similibusq; multis cōmunem eam appellationem fuisse. Tantūq; abest, ut constituamus luteo colore Narcissum esse: ut inueniendum hunc florem legentibus relinquamus, quæ candido colore sit, croceis intus staminibus, et in aliquibus purpureis: quod unū in colore eius a Diosc. discrimen tradit. Nobis enim hactenus uidere non licuit candidos Lilio

Alia pictura
Narcissi.

Plinius in
Narcisso ces-
pitat.

Theophrastus,

Narcissum an-
gusto, nume-
roso et pingui
folio esse.

D

Narcissus
qualis uisus
Vergilio in
Appennino
monte.

Narcissi no-
men uagum,
multis cōmu-
ne floribus.

rum figura flores, capillamentis, aut staminibus intus purpureis. Relinquimus etiam peritio-
ribus cogitandum, probauerit ne hic scriptor Narcissum simpliciter montanis locis nascētem,
ut a satiuo & hortensi secerneret: an desyderari ultra aliqd possit, quale scilicet Plinius ait pro-
batissimum nasci in Lyciæ montibus: in quam partem propensiores trahimur. Superlatiuum
enim illud καλλιστοσ, certiores sibi nescio quomodo natales locos exigere uidetur: & præpositi
uus ille articulus eodem sensu rem etiam indicare credi potest. Suspicio tamen hæc sit, non de-
cretū. Qualis etiā est in uerbo πρασιζι, quod statim sequitur, significet ne uirescere, & herba-
ceo colore esse: an potius a Porro uerbum factum fuerit, significetq; Porri odore sentiri. Quod
tamen nullibi inuentum in antiquis a nobis est. Quæ omnia diligentius obseruanda & consti-
tuenda alijs relinquuntur.

In Narcissum I V D I C I V M N O S T R V M.

Ab annis fere duobus, uehementer nos torsumus, & omnibus pene nostræ urbis doctis ui-
ris molesti fuimus, proinde & ex uulgo hæbarijs illis, ut nomen saltem huius floris percuncta
remur: uerum adeo certi nihil ualuimus expiscari, ut mirari satis non queamus, quomodo her-
ba, alioqui uilissima, tamq; in omnibus pratis, cum hirundine prima conspicua, ex omni ho-
minum noticia disperierit. Flori nomen, Hornungs Bluom. Sic enim in superiori Germania
eam appellant. Fuerunt ergo, qui persuadere nobis conabantur, albam Violam esse, quia pri-
ma Veris flos est alba Viola. Alij constanter Ligustrum adseruerunt, aut illi certe congenerem:
donec in Narcissum Theophrasti & Dioscoridis incidimus, & herbarios aliquot percunctari
cœpimus: qui non ex libris sapiebant, sed experientia rerum edocti erant. Sic in Narcissum o-
mnia quadrare animaduertimus, ut nisi plane noctuinis oculis simus, uidemur nobis semel ap-
prehendisse. Quod igitur ex hæbarijs accepimus, quodq; partim etiam nos obseruauimus, id
est, Duorum, inquit illi, generum flos est, Mas. f. & Fœmina, purpureus, luteus, & albus. Bis
etiam in año florent, semel in Martio, inde in Septembri. Pentecoste semen fundit. Et initio qui-
dem albo, & luteo, hyeme purpureo flore prodit. Idq; naturæ quodam miraculo se dicunt de-
prehendisse. Nam si quis fodere pertentauerit in Martio, uno digito facile exscalpit: ab eo aut-
em tempore indies magis atq; magis in terram desidit, idq; usq; ad Septembrem, quo tempore
uix absq; negotio effoditur. Interdum altitudine unius cubiti in terra delitescens, mox hyeme
rursum succrescit, ut supra terram etiam exiliat, primo flore, & ubi adspirauerit Ver. Quod ita
habere, & nos quoq; experti sumus, obseruauimusq; primo teneram & bulbosam radicem, &
Porri, uel Satyrionis folia: mox eandem durari, & pinguiora folia, eaq; sine caule, e radice tan-
tum prodeuntia: in Septembri prorsum et duratam, et profundissime delitescentem, tenello tan-
tummodo & liliaceo flore, palmi altitudine in summa terra se aperiēte, post alteram pratorum
detensionem. Cui obseruationi quoniā respondere uidimus Dioscoridis & Theophrasti Nar-
cissum, postremo ijs adstipulari doctorum etiam uirorum commentarios, ausi constanter su-
mus, Narcissi nomen indere, uel Lirij Februarij: ut diuersus quidem flos sit. Cæterum ex una
radice bulbosa procedēs, & qui a Dioscoride Narcissus, & ab Arabibus, & neotericis Hermo-
dactyius uocatur. Quā aut probe hæc obseruauerimus, & q̄ scite etiam illi nos docuerint, ar-
bitrium aliorum, existimationemq; uolumus esse, quos & ipsos tantę rei periculum aliquando
facere monemus atq; obsecramus.

V I R E S E T I V V A M E N T A ex Dioscoride.

Radix cocta, siue estur, siue bibitur, uomitoria est.

Ambustis igni prodest, cum exiguo melle trita.

Præcisos neruos illitu glutinat.

Luxatis malleolis, diuturnisq; articulorum doloribus, trita ex melle et
imposita subuenit.

Vitia cutis in facie, uertiliginesq; cum semine Vrticę & aceto emaculat.

Cum eruo & melle ulcerum sordes expurgat.

Abscessus rumpit concoctioni repugnantes.

Infixa corpori extrahit, illita cum lolij farina, & melle.

A V T O R E S E T D E S C R I P T O R E S.

Dioscorides, lib. 2.

Plinius.

Herm. Barbarus.

M. Vergilius.



menyanthes chrysi, L.
C.B. 202
(Lonicera in descr. t. 2 p. 120)

Geel Violaten.

1537-136



DE VIOLIS RHAPSODIA XX.
Nomenclaturæ, Violæ Nigræ.

Græcæ, ἰὸν μελαν, δασυπόδιον, ἰὸν ἄγριον, τριακπίον, κυβέλιον.
Latinae, Seffilis, Muraria Viola, Viola nigra, Viola purpurea.
Germanicæ, Blaw Violaten, Gel Violaten, Bunn Dio-
laten, Jam Violaten, Wild Violaten.

1537. 137

C

P L A C I T A autorum de V I O L I S .

Sententia D I O S C . de purpureis Violis.

Viola pur-
purea.

VIOLA purpuream, aliqui Dasypodion, alij Priapeion, alij Ion syluestre, alij Cybelion, Romani Violam purpuream uocant. Folium habet Hædera minus, tenuius, ac nigrius, nec multo dissimile. Cauliculus a radice prodit, in quo flosculus suauiter olens, purpureus. Opacis & asperis nascitur.

Paraphrasis H E R M O L A I B A R B A R I

super eisdem purpureis Violis .

Viola, quare
dicta ión .

Phrygana.

Loripes
Viola,
Violæ Sar-
ranæ .
Vaccinia,
Hiacynthus,
Sessiles violæ,
Leucoia,
Chieri,
Violæ claudæ
Senephigi.

Violam Græci Ion pro flore, Violariū Ioniam, pro frutice appellāt. Nicander in Georgicis Ion uocatā credit Violā, quia nymphæ quædā Ionix, florē eum Ioui primū dedere muneri. Nascit̄ uitis modo e supernis, quasi e puppi dicas, non prora, ut Rura, Sisybriū, Serpillum: eoq; oēs Phrygana, hoc est, furculi, siue Cremia Violæ dicunt̄: excepta Nigra, quæ hoc capite describit̄. Viret hæc perpetuo, & ut quidā ferunt, si certo gñe colat̄, anno toto. Serit̄ plantis ut olus. Vere floret, post Leucoion, & ante Flāmeam. Cū Ion Græci dicūt, Nigrā, seu Purpuream fere intelligūt. Humilis hæc, & latiore folio, statim ab radice multa carnosō exeunte, sine ramis: ob id uulgo Loripedē Violā uocamus. Hæc noīe a cæteris distinguunt̄, solē Ia appellatæ Græcis: ut ab ἴσ Ιanthina uestis, & uiolacea dicereēt. Alia uiolæ genera in Leucoio reddidim⁹. Violas Sarranas, a colore, cū purpureis easdē esse apud Columellā arbitror. Purpureas, Vaccinia, & Hiacynthū dici, Seruius Gramaticus existimat. Dioscorides quoq; Hiacynthū, latine Vacciniū appellari scribit. Admonendi sunt, qui hæc legūt, purpureas Violas duorū generū haberi. Alias inter Loripedes, siue Sessiles, de quibus hic agit: alias inter Leucoia, odoratasq; oēs esse. Sed & cādidasq; q̄q; gemina hæc discrimina cernunt̄. Alię Loripedes: alię Leucoia. Leucoia intellico, q̄s Mauritania Chieri appellat: Loripedes, q̄ uulgo Claudę noīant̄, et Maurice Senephigi.

Annotatio V E R G I L I I in purpureas Violas.

Muraria
Viola.Cybelios
Viola,
Priapeios.

D Quę ferrugineos Hiacynthos, & nigra Vaccinia uocari a latinorū poëtis fecit nigricās purpura, uel ut aptius loquamur, in nigro purpureus color, eadē Theophrasto, græcorūq; alijs scriptoribus caussa fuit, ut Viola, quæ nunc tractanda a nobis est, nigra dicereēt: tam frequēti, receptoq; passim in ea coloris discrimine huiuscemodi, ut multis locis Theophrasti in plantarū historia, nihil certius intelligat̄, ubiq; μέλαν ἴον, dicenti Violā, quæ nigricante purpura, ad murorum radices, hortorū marginibus, et sepibus, florens prima, aut cū primis aduentū ueris mortali bus nunciat: nota uulgo, & ubiq; inuētū facilis, quæ toto anno uireat, & flores tenui quidem, sed longiore coliculo altius a terra inter folia erigat. Quæ hic merito Hæderę cōparauit: quoniā proxime ad eam figurā accedunt. Murariā Violam a latinis uocari in Dioscoride legit̄. Nescimus tñ, q̄ uetusta ea uox sit: sed quæcunq; ea est, naturæ eius rñdet: quoniā, ut diximus, ad murorū radices, umbrosis locis frequēs & speciosa nascit̄. Eadē caussa fuit, cur syluestris Viola itidē diceretur: qm̄ locis nō cultis nascit̄: nec uiolaria in hortis, ut ceteræ illi cognoies habet. Poutit quondā etiā religione aliqua, & numinis gratia cōmendari, ideoq; Cybelios Viola, ab antiquissima dea Cybele dicta, laudē potius q̄ nomen id inuenisse. Sed nobis nulla est eius nois certa ratio, aut coniectura: quæadmodū & reliquæ aliæ penitus ignotæ. Nisi Priapeios non dissimili ratione, q̄ Cybelios, ab antiquo ruris & hortorū numine dicta fuerit. Descripsit eā Theophrastus lib. 6. de plātarū historia, dixitq; προσριζόφυλλον καὶ αἰόφυλλον ἴναι, καὶ ὡς τινος φασί, δυναμὴν φέρειν τὸ ἄνθος, ἵαν τρόπον τινὲ θεραπειύηται. Quod est, Exire & uiuere folia eius in radicis capite tantū, perpetuaq; uirere fronde. Id enim uoces illæ duæ significant. Facileq; est uidere foliosum Violæ huius cespitem, nullis caulibus, aut ramulis a terra surgentē, quod ceteræ habent Violæ: nec æstu anni arescere, aut hyeme, quod aliæ patiuntur, sed post amissos flores, uirentibus folijs, medicinæ toto anno etiā inferuire. Adiecit præterea, testari quosdam, posse hanc Violam continue toto anno florere, si aliqua ratione curetur: quam tamen ille non retulit, nec quibus locis id excogitauerint homines. Adiecit eodē libro scriptor, differre hanc a reliquis Violis in reliqua natura: præcipue autem ὅτι πλατύφυλλον, καὶ ἑγγειόφυλλον, καὶ σακόφυλλον ἴσιν, quod scilicet latiore folio q̄ reliquæ Violæ sit: intelligitq; reliquas Violas Leucoia ab omnibus appellatas: eodemq; folio sit ἑγγείω, id est, terrestri, quod a terra non surgat, & præter id carnosō & pingui. Quæ omnia longius forte dicta aliquibus uidebunt̄. Sed uos rerū certitudini consulentes, obscuriores breuitate nolumus fieri. Quo consilio, in Violæ huius signādo colore, a principio statim usi sumus: & contra aliorum interpretū editiones, Nigram, non purpuream Violam

lam proposuimus. Ne si purpuream diceremus, miscerentur diuersi coloris congeneres flores, Sunt enim in Leucoiorum genere purpureæ Violæ, quas Columella Sarranas ab eadem purpura, & Sarrano Ostro appellat, in censu earum & ordine quæ furculosæ sunt: in parietibusq; & hortis nascuntur, aliter q̄ hæc, dispositis in Flore folijs, & plures uno pediculo pendentes, quæ proprie & uerius purpureæ uocantur. Et hæc pro notissimi floris historia satis sint. Quibus adijciemus, mutasse nos titulum capitis huius, & de nigra Viola inscripsisse: quoniam res id exigebat: & in melioribus græcis, aut nulla coloris nota addita fuerat, simpliciterq; de Viola caput inscribebatur: aut *ιον μίλαν*, in aliquibus legebatur.

A
Sarranæ.

DE ALBIS VIOLIS, SEV CHE

iri textus Dioscoridis.

Leucoion ex Græcis aliqui Basilion uocāt, Latini Violam albā, aliqui Augustiam, nōnulli Violam autūnalem, aut Passarinā. Vulgaris est noticiæ, sed in floribus differentia quædam. Namq; aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Luteæ uero præcipui in medicina usus. Huius aridi flores feruefacti in defensionibus, ualent contra uulvæ inflammationes. Et menstrua expellunt. Sanant oris ulcera cum melle. Cum cærato rimas sedis. Semen duum drachmarū pondere ex uino potum, aut cum melle inditū, menses, secundas, & partus extrahit. Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

λευκοιον.

PARAPHRASIS ALTERA HERMO

lai Barbari in albas Violas Dioscoridis.

Leucoion, etsi candidam Violam ipso nomine significat, tamē & pro lutea, & cerulea, & purpurea sæpe capitur. Hinc apud Columellam candida Leucoia, quasi & nigra quædā sint. Hippocrates certe, nigra inquit Leucoia quærantur. Paulus, Ioton inquit oleum, hoc est, Violaceū, modo ex purpureis, modo ex candidis, modo ex croceis confici solere Violis. Sciendū & illud est, Dioscoridem hoc loco scribere Violam, quæ græce Leucoion dicatur, a Romanis Ligustriam quandoq; nominari, etiam si codices sunt, in quibus non Ligustria, sed Augustia legatur: ut fortasse Columella in horto suo intelligat de Viola, cum cecinit, Nigro commista Ligustro.

B

Ligustria.

Nam Ligustrum candidum, pro Cypri flore capitur. Cæterum de purpurea, siue nigra, seorsum post dicetur. Cerulea quæ sit, non constat, nisi quis Cyanum hanc intelligat. Est autem Cyanus flos, rosam accipiens: cuius color honorem, nomenq; dederit ceruleo. Cyanū Amaranthus excipit. Triuialis, ut quidam existimauere, flos est Cyanus, in frumentario nascens agro, & hortis quoq; , rusticorum & puellarū corollis, calice rosarū, sed squarroso, atq; tristi, sine odore. Verum summa colori gratia, qui & Baptifecula ruribus dicatur: quoniā secantibus & metentibus officiat, retusa in occurso eius falce. Nam & seculam ueteres dixere falcem. Florum porro prima se ostendit alba Viola, necdum exacta hyeme. Sub idem fere tempus exit & Viola cognomento Flammea, quæ Phlogion uocatur: Syluestris tantum ab aliquibus Phlox: ut errare putem, qui Phlogion eandem esse cum lutea Viola scripserunt, quod quidem ex se

Ligustrum.
Cypri flos.
Cerulea uiola
Cyanos.
Amaranthus

Baptifecula.
Secula, quid

Phlogion.
Phlox.

C quētibus apertissime liquebit. Theodorus Flammā uocauit, colore commendabili, odore nullo, semine proueniens coronis. Non est hæc autem Iouis flos, aut quod idem est, Iouis flāma, hoc est, Diosanthos. Idc̄ neu dubitem, facit, q̄ Iouis flos licet sine odore sit, & coronarius, & obseruatur semine, tamen æstate floret, nō per hyemē, ut Flāmea. Plinius quoq̄, Iouis inquit flos, colore tm̄ commendatur, odor abest, sicut & illi, qui a gr̄cis inquit Flox uocatur. Diximus & Lychnin uocari quādoq̄ Flammam, sed inter rosas potius q̄ Violas. Aliud est apud Gr̄cos Phlogis, nam & uestis genus significat, quod nos flammeam, & flammearios opifices in Plauto uocamus, & carnem tostam, ut est apud Stratidem. Violarum ergo alba & flāmea plurimū durant. Sed satiuus maxima autoritas Luteolis, qui colos in nuptialibus flāmeis quæsitus, ritu antiquissimo, & sceminis totus concessus traditur: ideoq̄ fortasse non numeratur inter principales, hoc est, cōmunes maribus & sceminis, quoniā coloribus societatis principatū dabat. Genera Lutearū, Tusculana: & quæ appellatur Marina, folio aliquāto latiore, sed minus odorato, in totū uero sine odore, ac minuto folio. Calathiana, munus autūni. Cæteræ Veris. Proxima ei Chalta est, concolori amplitudine, uincit numero foliorum Marinam, quinq̄ folia non excedentē: eadem odore superatur. Est em̄ grauis Chalta, non leuior ei, quā Scopam regiā appellant. Quāq̄ folia eius oleant, non flores, ut inquit Plinius. Quod autē genus ei sit inter Violas Scopam regiā, parum liquet. Dioscorides Scopam regiā Naporum generi connumerat, Plinius alio loco Sideritin, quæ latissimo folio sit, Scopam regiam a nostris dici uult. Violæ odor a longinquo suauior, propinquus hebetatur. Vita longissima candidæ, trienniū. Ab eo tempore degenerat & minuit: floresq̄ assidue candidiores affert. Minor uis est recentibus. Ideoq̄ aridis utuntur post annū. Honor Violis apud antiquos post rosam & lilium. Violam iccirco dictam Ion Gr̄ci putant, q̄ cum Io in uaccā a Ioue conuersa esset, terra florem illū pabulo bouis eius fuderit. Nostri quoq̄ Violam, quasi uitulam, imitatione gr̄ca, uideri possunt appellasse.

Optima quæq̄ de Nomenclaturis **V I O L A R V M**
EX M. VERGILII Commentario.

Detulit candori multum in hoc flore antiquitas, nec leuē splendoris sui gratiam illi habuit, una ab eo facta appellatione, tres alios colores indicans: qui in toto hoc Violarum genere a scriptore hoc numeratur, & uno excepto a cunctis passim quotannis uidentur. Leucoiorum enim nomine in gr̄cis oēs indicantur Violæ hæ, quæ primæ flores suos proferunt, ubi mitior & tepidior aër fuerit ab hyeme statim, ubi asperior & frigidior postea: ubiq̄ aut per Ver primæ noui anni aduentū nunciantes, pluresq̄ non uno ramulo tantum, sed uno pediculo florentes: quæ causa fuit, ut a quibusdam Polyphæræ inter alias appellationes dicerentur. Id enim ea uox significat. Florent hæ passim triplici colore, candido, luteo, & purpureo. Qui quartus deinde ab hoc numeratur, ceruleus in Violarum genere hoc, quod sciam, in Italia nullibi uidetur. Ex eo oborta nobis suspicio est, posse in Gr̄cis abundare eam uocem, et si in cunctis pariter legatur. Is etiam quem nos habemus egregiæ antiquitatis, & fidei Latinum Dioscoridem, Longobardis literis scriptum, tres tantū colores illos notos omnibus numerat. Quartus hic ceruleus nullus in eo est. Nec nos tantū illi deferimus, ut unū uelimus pro cunctis alijs nobis esse, sed accedente rei naturæq̄ & suspicioni huic nostræ hoc ueluti teste, qualiscunq̄ ille est, non fore credidimus inutile hoc etiā legentes monere. Præsertim nullibi, ut paulo ante diximus, ostenden-

Iouis flos.
Iouis flamma
Diosanthos.

Lychnis.

Viola Tusculana.
Marina.
Calathiana.
Caltha.
Scopam regiā.

Napi.
Sideritis.

Viola quare sic dicta.

Leucoiorum nomine quæ Violæ ueniant.

Polyphæræ.

re in hoc flore eum colorem natura. Alioquin oportebit, quæ primo uolumine in Iasme dicta a nobis fuerunt, meminisse: & quæ longius illic de Violis docentur, in hunc locum referre: opinariq; in ceruleo colore hoc, aut alijs locis nasci hunc florem. Late enim pater naturæ uis, & admirabilis eius maiestas: qua potest multa ubiq; uariare, & quæ nobis, & nostro orbi negauit, alijs dedisse. Aut Violarum appellatione alia etiam censeret florum genera, quales Iesiminos omnes tunc esse diximus, modo magnitudine, & forma pares, & similes illis sint: & intellexisse in Dioscoride necesse erit, florem quempiam alium cerulei coloris, qualis uerbi causa Cyanus est, sic a Græcis a colore dictus, uulgaris flos, omnibus notus inter segetes, Maio & Iunio Mense nascens. Quem rura nostra florem Alysum uocant, triplici & ipsum colore, candido, purpureo, plerumq; autem ceruleo. Nobis tamen in priorem illam sententiã inclinatus animus. Credimusq; quartum illum colorem huic scriptori temere accreuisse, Vtimurq; ea ratione præcipue, q; non uerisimile est, miscuisse diuersa simul genera Dioscoridem: & cum de Leucoijs certo scilicet genere priuatim ageret, de cunctis Violis, quæ Græci *ἰα*, non *λευκοία* uocant, agere cogitasse. Obseruauimus enim *τῶν ἰων*, id est, Violarum latius patere appellationem, pluresq; complecti flores: Nigram, seu malis ferrugineam Violam, Iesiminos omnes, Calathianam, & quam Græci Phloga, Plinius flameam uocat, pluresq; alios qui figura, quantitate, foliorum positura, aliq; huiusmodi ratione aliqua proprie dictis Violis similes æqualesue sint. *λευκοίων* autem triplex tantum hoc genus, quod solo colore differt, quodq; nos paulo ante ex Theophrasto descripsimus. Solæ enim hæ Violæ Leucoia dicuntur. Accedit & illud, q; si Cyanus in hoc genere intelligendus erit, ex qua uoce nos credimus irrepsisse eum colorem in has Violas, uidebitur temere miscuisse Dioscorides, quæ non eodem tempore florent. Cyanus autem prima æstate tantum, ille sponte sua in parietibus, & murorum pinnis aliquando, illi inter segetes passim nascuntur. Possunt quidem ambo in hortis conseri, sed nos simplices naturæ natales & notas, non coacta artis opera tractamus hoc loco.

A

Flos Alysus.

Ferruginea
Viola.
Phlox.

COROLLARIA HERMOLAI BARB.

& Vergilij in Iasminam confectionem.

Vnguentum hoc & Iasminum, & Iasme dicitur. Quæ uox admonet me, ut ex ea fere Viola compositum intelligam, quæ uulgo Iesiminum uocatur, distinctiones, & harundineos parietes in hortis opere topiario conuestiens, Flore candido, præcipue suauitatis, folium in uiridi nigricans, oblongum, fastigiatum, mucrone languido, magnitudine rosacei, sed angustum. Hoc Violæ genus Persicum & Particum, & omnino peregrinum uocauerim, ab alba Viola nostrate longo interuallo distans, ueteribus (ut arbitror) incognitum, saltem Italiæ. Recentiores tria Iasmes siue Iesimini genera constituunt, albam colore, ceruleam, & in Aegypto luteam, qualem & in Venetia nasci modo cernimus.

B

ET MARCELLVS VERGILIUS.

Florem quem omnes Iesiminum dicimus, colore candido, Violis figura non dissimilem Violam antiqui uocabant, ignotum diu Italiæ, ut uidetur, nunc autem plebæis hortos etiam grato odore commendantem, tam notum omnibus, ut nulla descriptione nostra indigeat. Credimusq; nos de eo egisse hunc scriptorem, cum communis Violarum historia tertio uolumine ab eo tractaretur. Numeratis enim albis, luteis, seu purpureis Violis, quæ communes & notæ omnibus sunt, quartum genus colore ceruleo addidit: quæ nullæ in Violarum genere nunc cognoscuntur, necesseq; est ad Iesimini huius florem referri ceruleum colorem illum. Posteriores enim & inter eos Serapion, tria Iesimini ex colore discrimina, & genera fecerunt. Candidum, luteum, quem ille Citrinum, & Ceruleum, quem cælestis coloris uocat, omnes quondam peregrinos, & Italiæ ignotos, nunc omnibus communes: uidetq; Italia, & habet iam non candidos tantum, sed Luteos etiam Iesiminos. Nec in alio Violarum genere Iasme hæc, & Iasminum unguentum, intelligendum est. Nam quod PALLADIUS Violaceum docet a Græcis *ἰατων* dictum, ex Violis proprie nunc dictis, conficiebantur. VIOLA Sæpe nos Græcorum more dicimus eas, quæ primæ Ver nunciantes, plures uno ramulo florent, paucis & exiguis folijs, colore triplici, candido, luteo, & purpureo, præcipui in medicina usus. Quam enim Theophrastus Nigram di-

C cit, in alio genere ab antiquis numerata est, de qua suo loco dicemus. Videntur postremo nobis male sibi inuicem respondere, in Iesimini huius confectione, olei sextarium, & flores unciae duae, credimusque in florum pondere uitium esse, nec tam exiguo flore, tantam olei mensuram satis posse odorari.

ιοτυπία E X P L I N I O lib. 21. cap. 11.

Calathiana.

Florum prima uer nunciantium, Viola alba, tepidioribus uero locis etiam hyeme emicat. Postea appellatur purpurea, proxime Flāmea, quae & Phlox uocatur, syluestris dumtaxat. Et rursus eodem lib. cap. 6. Violis honos proximus. Earū plurima genera, purpureae, luteae, albæ, plantis omnes, ut olus satae. Ex his uero, quae sponte opacis, & macris locis proueniunt, purpureae, latiore folio, statim ab radice carnosio exeunt, solaeque greco nomine a caeteris discernuntur, appellata Ia: ab his Ianthina uestis. Sed satius maxima autoritas luteis. Genera his, Tusculana, & quae Marina appellantur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato, in totum uero sine odore, minutoque folio. Calathiana, munus autumnii, caeterae ueris. Proxima ei Chalta est, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum Marinam, quinque folia non excedente. Eadem odore superatur. Est enim grauis Caltha, non leuior ei quam Scopam regiam appellant. Odor ei cynamomo proximus, gracili solo, nec humido prouenit.

T H E O P H R A S T V S D E V I O L A C E O

genere, ex quo sua mutuatus est Plinius, lib. 6.

cap. ultimo historiae plantarum.

D Florum prima, Viola alba, sese ostendit. Emicat ob caelum clementius statim etiam non hyeme exacta: ubi uero immitius, postea: uere nonnunquam cum Viola alba, aut paulo post Liliū exit, & quae Viola flammea uocatur, syluestris dumtaxat. Haec caeteris omnibus, quibus coronarij utuntur, longe praecurrunt. Post haec Narcissus, & Lirium exeunt. Ad haec bulbi flos. quidam enim coronis hunc etiam inserunt. Sequitur Vitiflora, & Nigra etiam Viola. Et e syluestribus Aurelia, & genus Fremij.

D E S C R I P T I O V I O L A R V M

ex Serapione.

Viola herba est, cuius sunt folia minora folijs Cissos, & nigriora, & non elongantur multum ab eis in figura sua: & habet stipitem egredientem ab una radice, & est super eum pilus, & in summitatibus eius flos boni odoris, coloris purpurei, & nascitur in umbrosis & asperis.

Aliae species Violarum, ut inquit Pandectarius, sunt species Cheiri.

P R A E S T A N T I A omnium, & Electio.

Satiuis maxima autoritas luteis, ut inquit Plinius, sed melior quae est purpurea, ut contendit Galenus. Subinde, quaecumque est ex primis, & quam nec solis calor siccauit, nec pluuia nimia tabefecit.

T E M P E R A M E N T V M.

Frigidae sunt & humidae in gradu primo. Quaecumque tamen siccatae, & frigidae, & humidae sunt, minus in frigidant. Sedant dolores calidos, leniunt, resoluunt, & inflammationes cohibent.

V I R E S E T I V V A M E N T A

A

Purpurearum ex D I O C O R I D B.

Folia per se, & ex polenta, illinuntur aptissime stomacho æstuanti, & oculorum inflammationibus, sediq; procidenti.

Aiunt, quod purpureum est in flore, anginis et comicialibus auxiliari, maxime pueris in aqua potum.

I V V A M E N T A Albæ & Luteæ.

Huius aridi flores feruefacti in defessionibus, ualent contra uulvæ inflammationes.

Et menstrua expellunt.

Sanant oris ulcera cum melle.

Cum cerato rimas sedis.

Semen duum drachmarum pōdere ex uino potum, aut cum melle inditum, menses, secundas, & partus extrahit.

Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

I V V A M E N T A Purpureæ, & Flam

meæ ex M E S V E.

Solutione educunt Choleram, reprimuntq;.

Conferunt inflammationibus omnibus.

Sedāt Sodā calidā, factā in caliditate uehemēti.

Ciunt somnum, & leniunt pectus, & guttur.

Conferunt uulvæ, & anginæ.

Sedant sitim, & opilationes hepatis aperiunt.

Dissipant Ictericiam, & febres inflammatas.

EX S E R A P I O N E cap. 120.

Quando fit emplastrum ex solis folijs, aut cum sauich, in frigidat, & confert inflammationi oris stomachi, & apostematibus calidis oculorū.

Et dicitur, q̄ flos eius a proprietate sua bibitur cum aqua, & confert epilepsiæ, & anginæ puerorum; & illa est, quam uulgares nominant, Matrem puerorum.

EX P L A T E A R I O.

Zuccharum Violarum fit ut Rosarum.

Sed Syropus Violarum sic fit. Violæ in aqua coquantur: & ex colatura, & zuccharo fiat colatura.

Syropus Violarum.

Vel sic. Melius est, ut Violę dimittantur in aqua per noctem, & fiat syropus. Si autem ex succo & zuccharo, tanto melius.

Oleum Violarum fiat hoc modo. Violę decoquantur in oleo, & colentur: uel fiat decoctio in duplici uase. Vel etiam sic, quod melius est. Decoquantur, & colentur: & colaturæ recentes addantur: & sic dimittantur per. 15. dies ad solem, & coletur: & sic secundo & tertio fiet, atq; erit electissimum. Id oleum contra omnem hepatis calefactionem ualet, est somniferum, & narcoticum.

Oleum Violaceum.

Nota etiam, q̄ syropus Violarum magis debet concoqui, q̄ Rosarū:

C alioqui corrumpetur, & tabesceret.

D O S I S E X M E S V E.

Potio earum est ab unc. iiii. usq; ad. viij. Et succi earum ab unc. i. usq; ad. ij. Syrop. earum ab unc. ij. usq; ad. iiii. Et conditi earum ab unc. i. & drach. usq; iij.

E X I O A N N E V I G O N I O.

Viola erysipelæ non exulceratæ, secundum omnem modum administrationis eius, est optima medicina.

De situ V I O L A R V M, Columella lib. 13. Et
Palladius Mense Februario, cap. 21.

Violam qui facturus est, terram stercorata, et repastinatam, minimū alte pedem in puluinos redigat, atq; ita plātas hornotinas, scrobiculis pedibus factis ante Calendas Martias dispositas habeat. Semē autem Violæ sicut olerū, in areis duobus temporibus feritur, Vere, uel Autumno. Colitur autem eo modo, quo & cætera olera, ut runcetur, ut farciatur, ut interdum etiam rigetur.

De oleo & uino V I O L A C E O faciendo, ex
Palladij Mense Maio.

D Tot Violæ uncias infundas, quot olei libras miseris, & diebus. 20. sub dio habere debebis, Violæ purgatæ, ut de rore nihil habeant: libras quinque uini ueteris. x. sextarijs debebis infundere, & post. xxx. dies. x. mellis ponderibus temperare.

A V T O R E S E T D E S C R I P T O R E S.

Dioscorides, lib. 2.

Plinius, lib. 21, capite. 6. n.

Theophrastus lib. 6, capite ultimo.

Herm. Barbarus.

M. Vergilius.

Ioannes Vigonius.

Mesue in simplicibus.

Serapion, cap. 120.

Platearius.

Macer, dictione, Viola.

Galenus ad Paternianum, cap. 2.

A



B



Ranunculus acris, L.
 Conf. Gray. 911
 Sm. fl. 3. 52

n 2

C



D

Gefülter Hanffuß.

1559.144

C.B. 179. m. 4

Ranunculus acris, L.
Sim. Pl. 3. 52

Crus Galli.

A



*Ranunculus bulbosus, L.
C.B. 1779
Sm. pl. 3. 50*

B

Kleiner Hanfuß.

DE PEDE CORVINO,
Rhapsodia XXIII.

¶ NOMENCLATURA.

Græcæ, κορωνόπου, ἄσπιον.

Latine, Pes corui. Silago. Casiatrix. Sanguinaria.

Germanicæ, **Kappensfuß. Hanensfuß.**

PLACITA AVTORVM de Pede Coruino.

Sententia DIOSCORIDIS de

Pede Coruino, lib. 2.

CORONOPVS oblonga herbula est, per terram sternitur, & folia incisuris diuisa habet.

In eandem sententiam & Plinius lib. 22. cap. 19. Coronopus oblonga herba est, cum fissuris. Seritur interim, quoniam radix coeliacis præclare facit, in cinere tosta. Et rursus lib. 21. cap. 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut eius quam Coronopum uocant.

Apuleius de herba **GALLICRVS**

RE cap. 22.

Nasci amat herba Galli crus locis solidis, & circa uias: eius cacumen, instar pedis Galli.

C

I V D I C I V M N O S T R V M .

Mira est scriptorum uarietas in Coronopode hac. Alijs Batrachion, alijs Flamulam, non nullis aculeati generis, rursus alijs sine omnibus prorsus aculeis eam suspicantibus & contententibus. Vnde precium opere facturos nos arbitramur, si paulisper figentes hic pedem, Leonenicam disputationem subscribamus: quod ex omnibus nemo prudētius philosophatus uidetur de ea hærba, mea quidem sententia. Sumq; & ego in ea opinione, ut non aliam credā esse, quam quæ hodie Crus Galli uulgo dicitur, uel pueris etiam nota, qui eam legentes mutuo uellicas cient. Neq; una tantum eius species. Est enim syluestris, quæ in cimiterijs, pratis, & circa sepes oritur. Est domestica & hortulana, satiuā, foliatis, luteis, & repletis floribus, qua ad coronas utuntur nymphæ. Est quoq; quæ ueneto, & flore & colore Germaniæ matronis in hortis alitur, prorsus galli, uel cornicis pedem referens, trium cubitorum ubi excreuerit: uulgo uocant Isenhyetlin, quam, in quod aliud quoq; genus recenseam, q̄ Coronopodis, non habeo. Nec aliquis mihi demonstrare hæc hactenus ualuit. Verum quam hæc recte conijciamus, aliorum æstimationi permittimus, Oraculum nullum, uel Sibyllæ folium funto.

Isenhyetlin

N I C O L A I L E O =

N I C E N I iudicium de

Herba Coronopode.

D

De secunda herba, Pede alacohen ab Auicenna uocata, idem expositor scribit, existimare quod sit herba a medicis uocata Pes corui, de qua dicit. 2. huius capite, de pede Coruino, quod radix huius hærbae cum decoquitur confert solutioni antiquæ: sed radicem huius hærbae, quā nostri herbarij uocant Pedem Corui, esse causticam, ulceratiuam, & de ista non loqui Principē. Hic quod deinceps dicit, quod aliqui dixerunt, q̄ per alacohen Hippocrates intellexit folia ficus: quæ in nullo seruiunt casui præsentī, quia pungunt & excoriant per lacticiuium occultatū in eis. Hęc omnia ad uerbum fere nouus expositor Auicennæ, qui sua expositione non magis hanc, q̄ etiam priorem nobis hærbam declarauit. Forte autem sit illi minus pudendum, hanc secundam, s. Pedem coruinū, de quo Auicenna loquitur, ignorasse: quando & ipse Auicenna, tantus alioquin medicinæ magister, uel dubitauit, uel etiam nesciuit quid esset, ut plane in multis alijs herbis ipsemet suam fatetur inscitiam: ut etiam secundo Canonis de hac ipsa herba, quæ Pes coruinus nominatur, non modo ambigua, sed etiam contraria loquitur. Sunt autem hæc Auicennæ de Pede coruino inibi uerba. Pes coruinus membra expulsionis, radix eius hærbae confert solutioni antiquæ. Et dixerunt Paulus & alij, quod confert Colicæ, & efficit operationem Hermodactylorum absq; nocumento. Ego autem nescio, quomodo radix Pedis Coruini possit prodesse solutioni antiquæ, & facere operationem Hermodactylorum, qui sunt satis in soluendo potentes. Nisi forte Auicenna uult hoc loco solutionem curare solutione: qui tamen alibi præcipit, non esse faciendam solutionem super solutionem. Fen autem, 22. tertij, cap. de solutione podagræ, & ischadicorum, Pedem coruinum non colicæ, sed podagræ potius ex eiusdem Pauli autoritate Auicenna prodesse testatur, ita scribens. Et dixerunt quidam, quod Pede coruino inest operatio Hermodactylorum, & non est eius nocere stomacho. Quæ uerba exponens etiam nouus expositor Auicennæ, in hunc modum scribit. Dicit aliquos asseruisse, quod Pes coruinus operatur, & purgat sicuti Hermodactyli, & nō nocet stomacho sicuti ipsi. Et pes iste coruinus, est hærba cuius radix ponitur in opere, de qua scribit in secundo huius capite de ea. Dixerunt Paulus & alij, quod confert Colicæ, & efficit operationem eorum absq; nocumento. Deinde subiungit. Radix PEDIS CORVINI, quem nos hic habemus, ab extra apposita rodit, & pluries hanc feci super pedem illius quassari, qui habebat in unguine bochium epedemille, & protinus illic surgebat ampulla, qua rupta exhibat uirus uenenosum, unde aliqui sanabantur. Sed hanc dare per os, nunquam ausus sum: licet sciam aliqua, quæ foris adhibita uescant, & ulcerant, & comesta noceant, ut allia, & cæpe. Hæc ille. Qui licet uereatur, ut sane debet uereri, dare per os radicem Pedis coruini, quæ uenenum est, ut postea declarabimus, per uerba tamen postrema uidetur innuere, quod si etiam daretur per os, cum aliqua tamen ratione daretur, et non sine Principis autoritate. Ioannes uero Mattheus de grado, alter nouus Auicennæ expositor, in huius radice expositione magis audaculus, scribit hæc uerba. Intellige, quod cum autores utuntur Pede coruino, in casu etiam isto semper utuntur radice eius, & non folijs. Ita etiam dominus Auicenna secundo Canonis, iuuamenta radice eius. Quæ uerba expositoris nobis indicant, ipsum huius hærbae timuisse folia, non radicē: quia dñs Auicenna eiusdem radice usum, & non foliorū secundo canonis præcipue probauisset. Miseret me humanæ uitæ, quā uideo quotidie sub Auicenna non tantq; principe, sicut medici iuniores ap-

Auicenna de Pede Coruino,

Auicennæ expositor,

Ioannes Mattheus de grado,

pellant, sed tanq̄ ſæuo tyranno periclitari. Nam ſi radicem uenenatā, uel intra corpus iuſſerit adhiberi, eam quidā medicorū in ægrotantibus adhiberi non dubitant: contra, ſi radicē ſalutarem, & uenenis aduerſantē dari uetuerit, tanq̄ medicinam pernicioſam, illā medici etiā celebres non audent dare. Radicem Pedis coruini habentē uim exulcerandi, & tanq̄ uenenum, præterq̄ ſi extrinſecus apponatur, in uſu medicinæ fugiendā, alter nouus Auicennæ expoſitor, non ueretur dicere dare, etiā intus aſſumendam: fretus Auicennæ & ſecundo canonis, & .xvi. Tertij, qui eam Hermodactylis præfert, autoritate. Ego uero, teſtor Deū, me nouiſſe medicū, qui ex eadem radice, quibuſdam alijs adiunctis, pilulas conficiebat, & eas podagra laborantibus propinabat, non ſine magno quorundā, qui eas acceperere periculo: donec tandē a me ſui erroris admonitus, a tam periculofa abſtinuit medicina. Nonne idem Auicenna, ſi qui tam fatui ſint, qui ei uelint in omnibus credere, ſcribit ſecundo canonis, Napellū eſſe uenenū pernicioſum. & tñ potari ſuadet: cū poſtea ſubiūgit, delet albaras linitum & bibitū. Venenum autē quod noſtra ætate Napellū ab herbarijs noīatur, Aconitū a Græcis atq̄ latinis uocatur. de quo Vergilius, Miscet aconita nouerca.

ut iam appareat Auicennā, non tam tyranni, q̄ etiam nouerca imitari mores. Contra Galenus Aconitū laudat, ſi abſtergendū ſit aliquid ex corpore: ſed cauendū eſſe, inquit, ne aut in potu, aut in cibo ſumat. Idem Auicenna radicē Pentaphylli a Dioſcoride cōmendatā ad uenena mortifera, ipſe ſecundo Canonis ſcribit, eſſe medicinā pernicioſam: adeo, ut Michaël Sauonarola medicus, ſuo & noſtro quoq̄ tēpore, propter ſcripta, & quæ de medicina edidit clarus, non aut ſit eam in quartana dare: non aliā ob cauſam, niſi quia dānetur a Principe. Tantā habet ut nūper dicebā, Auicenna apud medicos noſtri tēporis autoritatem, ut medicinā mortiferam faciat ſalutārē, ſicuti Pedem coruinū ſalutarem, aut pernicioſam, ueluti radicē Pentaphylli, uel eius ſuccū. Nam & Iacobus de Dondis, cognomēto Aggregator, huius radicis ſuccū inter uenena pernicioſa, ex Auicennæ numerat autoritate. Forte autē, quantū ad Pedis coruini attinet radicē, non tam Auicenna, q̄ medici ipſi non recte Auicennā intelligentes, ſunt reprehendendi. Quis em̄ eos cogit, putare herbam, quā herbarij noſtra ætatis Pedem coruinū noīant, eſſe illā, quam ueteres medici, Paulus ſcilicet & Dioſcorides, ſub eodem noīe celebrarunt: Quasi uero ſit neceſſariū, ut quæ nunc ſunt noīa herbarū, etiam priori ſeculo fuerint. Eos autē quos ſupra notauī Auicennæ expoſitores, illud oportuit didiciſſe, aliā eſſe herbā a priſcæ ætatis hominibus Pedem coruinū nominatā, aliā a noſtris, nam ſi id ſciſſent, neq̄ tam multa de Pede coruino dubitaſſent, neq̄ etiā aliqui eorum unq̄ in animū induxiſſent, herbā Pedem coruinū a noſtris dictam, poſſe ſine periculo, aut in pilulis, aut alio modo intus aſſumi. Hæc enim eſt illa, quā Dioſcorides, βατράχιον, & Apium ſylueſtre noīat. Vnde & medici iuniores, non ſolū Pedem coruinū, ſed etiā Apium Raninū nominarūt, a gemina ſcilicet, animalis, & herbæ alterius ſimilitudine. Huius herbæ Dioſcorides quatuor fecit ſpēs, & unā ex his inter uenena collocat. Omnium autē folia, & caulē, ſi apponant humanō corpori, uim aut habere exulcerandi, & eſcharam faciendi. Quare nullo modo ſuſpicandū eſt, illos qui dixerūt Pedē coruinū in medicinæ capitulis excoriationis inteſtinorū, quos Auicenna allegat. xvi. tertij, eodem capite, de hac Pede coruino, quā ueteres βατράχιον, a rana, cuius effigiem representat, noīarunt, intellexiſſe: ſed neq̄ Auicenna ſecundo canonis, cū ſcribit radicē Pedis coruini conferre ſolutioni antiquæ, de hac potuit intelligere. Ideo quantū ad hoc, forte non eſt error Auicennæ, ſed male exponentiū Auicennā, & neſcientiū quid duobus in locis, ſcilicet & ſecūda canonis, & .xvi. tertij, per Pedem coruinū Auicenna intellexerit, ſi modo & ipſe quid eſſet, intellexit. Nam. xvi. tertij, etiā uidetur heſitare. Secundo autē canonis oīno Auicennā aberrat, illām oſtendens quā ſupra tetigi in radice eiufdem herbæ contrarietate, quod conferat & ſolutioni antiquæ, & faciat operationē Hermodactylorū, abſq̄ nocumēto. Quibus uerbis poſtremis ſimilia etiā ſcribit. xxij. tertij, ſupra etiā a nobis allegata. Verū utrobique male Paulus, & alij ſuper hac medicina, quæ facit operationē Hermodactylorū, ab Auicenna citant. Neq̄ em̄ Paulus uſquā herbā Cornopoda, ſic em̄ Græci Pedem coruinū noīant, Hermodactylis cōparat, in iuuando podagricos, ſed compositionē quæ noīatur apud Græcos δια κορωνοπόδιον, id eſt, per Pedem coruinū, alteri præfert, quæ apud eodem Græcos, δια ἑρμωδακτύλων, id eſt, per Hermodactylos noīatur: quæ utraq̄ deſcribit Paulus lib. 7. in quo de ſimplicibus & cōpoſitis agit medicinis, proprijs ambas inſcriptionibus notans.

Primæ compositionis inſcriptio, atq̄ deſcriptio hæc eſt, PODAGRICA per Hermodactylum.

Hermodactyl o ſ; . . . aneſi, cymini æthiopici, ameos, corymborum, thymi, pipe-

A
Auicenna ty-
rannus medi-
cinæ ſæuiſſi-
mus.

De quodam
audaci Me-
dico.

Napellum, &
Aconitum
idem ſunt.

Michaël Sa-
uonarola.

B
Iacobus de
Dondis, Ag-
gregator.

Non neceſſe
eſt, ut quæ nūc
ſunt herbarū
nomia, etiam
priori ſeculo
fuerint.

Pes coruinus
Batrachium,
idem Apium
ſylueſtre.

Quatuor ſpē-
cies Dioſco-
ridis.]

Expoſitores
Auicennæ,
Auicennā nō
adſequuntur:

Cris longi, zinziberis, obolos tres. epithymi unciam mediam, dosis oboli. aut vi. datur mane cum condito, uel hydromelle.

Secundæ autem compositionis per Pedem coruinum inscriptio, atq; descriptio talis est.

PER P E D E M C O R V I N V M compositio, quæ facit ad ea ad quæ & altera per Hermodactylon, stomacho utilis.

Zinziberis oboli duo, piperis oboli tres, agarici obolus unus, cnici interioris oboli quatuor, radice Pedis coruini oboli sex. Dosis oboli octo. His autem quibus uenter non facile soluitur, siliquæ. xxiij. facit omnino septem, uel octo fere alui deiectiones.

Harum duarum compositionum, Paulus libro sui de medicina uolumine tertio, secundam per Pedem coruinum nominatam, dicit ex Alexandri autoritate prima esse meliorem, ut quæ eandem faciat euacuationem, & æque sedet dolorem: cum hoc, qd nihil obest stomacho. Quorum uerborum sententiam male Auicenna duobus in locis antea allegatis, de solo Pede coruino scribit, ipsum Hermodactylis comparando: quasi radix Pedis coruini, de qua loquitur Paulus, sit par in cienda aluo radici Hermodactylorum, & non habeat potius adstringendi facultatem: quemadmodum de ea sentit Dioscorides, qui ipsam coeliacis prodesse testatur: sicuti & ipse Auicenna primo canonis, eandem dicit radicem prodesse solutioni antiquæ: & etiam, xvi. tertij testatur nonnullos eam nominasse inter medicinas ad ulcera intestinorum facientes, quoniam coeliaca dispositio est morbus similis lienterix, quæ prouenit etiam ex ulceribus intestinorum. Quare Auicenna hæc omnia de radice Pedis coruini non male scribit. Illud uero non recte, quod faciat operationem Hermodactylorum. Si quis uero miretur, quomodo tota compositio per Pedem coruinum nominata, eandem possit facere euacuationem, quam altera per Hermodactylos, cum Pes coruinus, uel radix eius uim adstringendi habeat, Hermodactyli autem magis purgandi: sciat, dictam per Pedem coruinum compositionem, non habere uim purgatoriam ex Pede coruino, sed ex agarico, & cnico, quod Cartamum medici recentiores appellant. Purgat autem æque atq; altera compositio per Hermodactylos nominata: quoniam dosis eius est dupla ad dosim alterius, & in durum habentibus uentrem maiorem multo qd duplam habet proportionem: ut ex his quæ antea scripsimus, ex Pauli sententia patere potest. Neq; uero quispiam miretur, compositionem purgatiuam ex medicina

Coelica.

»»

»»

D

uentrem astringente suam sortiri appellationem: quoniã in podagricis doloribus, atq; Ischiadicis non minus quærimus humorum fluxum ad loca dolentia reprimere, qd eorum qui iam fluxere euacuationem. Vnde & apud Paulum inuenitur alia compositio ad podagras, quæ per corallium nominatur, in quam tamen ueniunt rhabarbarum, & aristolochia, medicinx euacuantes. De eisdem duabus compositionibus, quas supra secundum Paulum annotauimus, etiam Auicenna Fen. xxij. Tertij, capite de solutione podagricorum & Ischiadicorum. In quibusdam tamen medicinis, sed præcipue in ponderibus medicinarum, a Paulo euariat: ut quas scribit Auicenna cum his, quas Paulus antea notauerat, conferre uolentibus uideri potest. Hic uero occurrit aliquis, ac mihi obijciat id, quod & ipsi Auicennæ, atq; eius expositoribus antea obiectauimus, non haberi ex eorum expositionibus, neq; quid sit herba Tinctorum, siue citrina, neq; quid sit Pes coruinus, de quo Paulus, quantumuis male ab Auicenna allegatus, intellexit. Liqueat enim ex ijs quæ antea diximus, esse herbam Pedem coruinum a ueteribus dictam, ex cuius nomine compositio tota suam habuit appellationem: nondum tamen quæ, aut qualis nam sit, fuit declaratum. Cum ergo & quæ nam, aut qualis sit herba Tinctorum ab Auicenna dicta, & quo nomine apud ueteres fuerit insignita, antea docuerimus, quod etiam de herba fecimus, quam nostri herbarij Pedem coruinum nuntiant, restat, ut quid sit Pes coruinus ueteribus, & Dioscoridi, & Paulo, atq; Auicennæ doceamus, quandoquidem & ipse Auicenna eam scripsit, cuius Pes coruinus est pars: ne qui uolunt totam facere compositionem, in Pede coruino dubitent, ueluti quidam Auicennæ expositores hæsitauerunt: aut sicuti alij radicem perniciosam, pro salutari recipiant. Coronopus, hoc est, Pes coruinus, inquit Dioscorides, herba parua est, oblonga, humi strata, folijs fissis. Hæc quoq; pro olere elixatur. Aliqui amoneos, aliqui astrium, Afri atirsite, Romani caciatricæ, nonnulli stillaginæ, nonnulli sanguinariã uocant. Huius radix in cibo sumpta, facit ad coeliacos. Nascitur in locis incultis, & in dumetis, & in uijs. Omisissis in hac herba barbaris appellationibus, de quibus non possumus, sint ne recte, an perperam scriptæ, diiudicare, Romana nomina diligentius inspiciamus: ut si qua eorum sint deprauata, corrigamus, atq; inde ad eius quam quærimus herbæ noticiam perueniamus. Caciatrice sane uidetur dictio corrupta. neq; enim est græca, neq; latina: quare puto gallitricem esse legendum: uel quod magis græcæ appellationi respondeat, Galli crus: ut sicuti ideo apud Græcos hæc herba Coronopus est nominata, quoniã coruini pedis effigiem representat, simili ratione apud Romanos Galli crus fuerit nuncupata. Est enim herba apud autorem de simplici medicina, quæ aliqui putant fuisse Apuleium, Galli crus, atq; etiã Sanguinariã nominata.

Dioscorid. de Coronopode

Coronopus est Pes Galli.

Apuleius.

Quod etiā nomen uitiatum est, seu decurtatū apud Dioscoridem, nam sanguinari, pro sanguinaria in multis cōdicibus legitur. De hac autē herba idem auctor de simplici medicina, quicumq; sit, refert eadem, quæ de Cornopode Dioscorides, quod uidelicet in locis asperis, & circa uias nascatur; addit autē & rationē; cur tam Galli crus, q̄ etiam Sanguinaria nominetur; eō q̄ scilicet naribus imposta, sanguinem fluere facit, & habet (ut inquit) in summitate pedem Galli. Hæc autē herba ipsa, si quam sit uulgo nota, & simul eius nomen uulgare manifestauero, uereor ne Auicennæ; atq; eius expositoribus magnā pariam ignominia, qui in re notissima pueris, hæsitant. Verum ista celare, non est tam parcere antiquis, q̄ uitam negligere, quæ ut antea diximus, sub Auicennæ atq; eius expositorū auctoritate periclitatur. Hæc proculdubio illa est, quā partim Sanguinaria ab effectu iam dicto, partim Capriolā uulgo appellamus. Plinius unā speciem Graminis facit, et Gramen uocat aculeatū, quoniā ei in acumine aculei sint plurimi; quos ut idem Plinius inquit, cōuolutos naribus inserunt, extrahuntq; ciendi sanguinis gratia. Quæ licet uerba scribat Plinius lib. 25. de secunda Graminis, ut diximus, specie, ipsam nihilominus lib. 21. inter herbas aculeatas, sub græca appellatione Coronopodis numerauit: nesciens, ut arbitror, eandem esse herbam, quæ Græci Coronopoda, & Romani Gramen uocant aculeatum; quoniā ut in æra, & lolio, ægylope, & auena, aparine & lappa, nuperrime autē in lysimachio, & lutea manifestauimus, plurimarū herbarum, quas latinis nominibus nouerat Plinius, græcas nomenclaturas ignorauit: quam Plinij inscitiam etiam in isatide & glasto, elxine & conuoluolo, oxymir sine & rusco, nardo gallica, & saliuca, in altero nostro libello, de Plinij atq; aliorum erroribus edito, demonstraui.

A

Coronopus
Sanguinaria,
Capriola.
Gramen aculeatum.

HERMOLAI BARBARI

Corollarium de Coronopo.

Coronopus, hoc est, Pes cornicis, inter aculeatas a Theophrasto ponitur, sponteq; nascentes. Interim & seritur, medicinæ ad usum, Silago, aut Stillago dicitur a nostris, a Græcis etiam Coronopodion; ut Galeno. Sunt Arabes, qui hanc Coruinum uocent. Nec prohibeo, dum res constet, quibus cuiq; libet uocibus utatur. Illud monendi sunt, herbam, quæ modo Pes coruinus ab officinis & hærbicidis appellatur, non tam Coronopoda uideri, q̄ Ranunculi genus, quod Polyanthemom cognominat: quandoquidem aculeata, & oblonga esse Coronopus herba traditur, & aluinis prodesse: Coruinus autē pes, auis eius, & Ranunculi similitudine conspicitur: plurimis foliorum diuisuris, cuius uel tactu solo pustulæ, ambusti modo corporibus attolluntur, flore aureo, copiosq;: quibus notis, Ranunculum Polyanthemom uocatum conijciunt.

Silago.
Stillago.

,,

,,

B

ῥικόν Coronopodis.

M. VERGILII Annotatio in Coronopo.

Scripsit de Coronopode hac iam pridem multa Leonicens, uir nostræ ætate dignus, cui multum deferant bonarum literarum cupidi, in commentariolo eo, quod de Plinij erratis aliquot edidit. Conatusq; inter cætera est, quā hic Romana appellatione Coronopodis Caciatricem esse dicit, ostendere, ab Apuleio Galli crus dictam fuisse: & ex Galli crure ab imperitis Græcorum librarijs, Caciatricem in hoc scriptore factam esse. Quod si confirmare ego ausim, uaticinari magis, quam censere me credam. Nulla enim eius uocis uestigia in hac supersunt; nec coniectura aliqua in ea se offert, qua quod ignoratur & latet in lucem trahi possit. Illud potius admittendum, quoniā Græci a cornicis Pede eam uocauerunt, uerisimile esse, Latinos a Galli crure, congruentibus alijs notis, ob similitudinem, nomen illi fecisse; quemadmodum ab aliquibus etiam, non cornicis, sed coruinus Pes hæc ipsa nominatur. Idem præterea, eandem a Plinio ait, lib. 24. Gramen aculeatum appellari. De quo dubitandum nulli esset, si hic aut aculeatam dixisset Coronopodem, aut quod aculeos indicaret aliquid illi adiecisset. Quam ob causam, non sine ratione subsistet in Plinio aliquis, audiens inter aculeatas lib. 21. & secundo Coronopoda ab eo numerari. Nec nos Plinium arguimus, sed uarietatem historiarum demiramur, posse eam notam Dioscoridi deesse. Theophrastus lib. 8. de ea tradidit, humi caulescere, quod hic ait per terram sterni: numeratq; inter aculeatas, & sponte nascentes, Vulgaris & ubiq; fere nascens herba hæc est.

Laus Nicolai
Leonicensi.

Galli crus.

Theophrasto.

C

HERMOLAI BARBARI opinio
alia de Coronopode.

Botrachion.
Ranunculus.
Strumea.
Solanus.
Apiastrum.
Apium syl-
uestre,

Polyanthe-
mos.

Sardæa herba

,,

,,

D

Rifus Sarda-
nius.

Vide Erasmi
Chiliades.

Batrachion, siue Ranūculus, siue Strumea: quoniã medetur Strumis. Nam Strumus Solani genus est. Dicitur & Apiastrum Ranūculus, hoc est, Apium syluestre, uenenatū in Sardinia: manifesto Nigidij doctissimi uiri errato: qui Apiastrum pro Mellissophyllo appellat: quanquã hunc & Varro sequitur & Dioscorides. Opacis gaudet. Primū genus, cui & color liuidus, ad latitudinē Maluæ accedentibus folijs. Secūdo generi, caules, ut Plinius inquit, alti, ut Dioscorides, minores quã priori: nisi librarioꝝ culpa fuerit μικροκαυλώτερον, pro μακροκαυλώτερον scribentiū. Genus ab his diuersum in totum uidetur, Batrachion, cognomine Polyanthemos, caustica ui exulcerans cicatrices, & ad colorem eas reducens, & uutiligines incorporans. Nequã aliter indicatur a Plinio quale sit. Nisi quis & hoc in unam quatuor specierum contribuat, ac reponat, illam uidelicet, quã plurimis foliorum diuisuris, & Plinius, & Dioscorides deliniant, uulgo dictam Pes coruinus, alteram omnino, quã Coronopus, de qua superius habita mentio est. De Venenato Salustius, In Sardinia inquit quædam herba nascitur, quæ Sardæa dicitur, Apiastri similis. Hæc ora hominum & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. In ea Insula, ut Pausaniæ ac Solino placet, locis riguis prouenit iusto largior, nec tamen aquas inficit. Strabo ex hac ipsa herba Hispanos toxici genus cōficere ait, quod urgente uī maiore haustum, citra dolorem humanis rebus exigit. A qua *σαρδάνιον* uulgo γίλλος, quod & Dioscorides in Venenis meminuit, Homerus Sardanion rifum uocauit illo uersu,
μείδισαι δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον.
Meminit & Plato in Republi. Timæus aliam originem prouerbio huic reddidit, aliam Clitarchus, aliam Sophocles & Simonides poëtæ: nos id in annotationes Plinianas distulimus.

VIRES ET IUVVAMENTA
ex Dioscoride.

Coquitur in olerē.

Radice[m] habet tenuem, adstringentem, quæ in cibo cœliacis facit.

A V T O R E S E T D E S C R I P T O R E S.

Dioscorides, lib. 2.

Plinius, lib. 22. cap. 19.

Lib. 21. cap. 16.

Apuleius, cap. 22.

Nicolaus Leonicensus.

Hermolaus Barbarus.

Marcellus Vergilius.



Urtica dioica, L.
C.B. 151
Sm. fl. 4. 135

Hexter Nesseln.

1537. 151



Urtica urens, L.
mull. det.
 no! = *Fanum dubium album.*
 C.E.

Taub Nesseln weiss.

1537. 152



Lamium laevis L.
 Conf. Trug. 4
 = *L. maculatum*
 G.E.

1536
 Ser. t. 2. p. 153

Daub Nesszel / Nännlin.

C

DE VRTICIS, Rhapsodia XXIII.

C N O M E N G L A T V R A E

Græcæ, *κακλύφι. κνίδα. ἀδίκη.*Latinæ, *Vrtica.*Germanicæ, *Nesselen.*P L A C I T A A V T O R V M
de Vrticis.

DIOSCORIDES
De Vrticis.
DVO VRTICAE gene-
ra, scilicet, Sylvestris asperior, latiori-
bus nigrioribusq; folijs, semine Lini,
sed minore. Altera non æque aspa, mi-
nuto semine.

Periocha HERM. BAR-
BARI de omni-
bus Vrticis.

D Vrtica ex omnibus aculeatis gene-
ribus notissima est. Acetabulis in flo-
re purpuream lanuginem fundenti-
bus. Sepe altior binis cubitis. Mitior
fœmina est, inter sylvestres, quæ dici-
tur Cania, acrior, caule q; mordaci,
fimbriatis folijs. Quæ uero etiam o-
dorem mittit, Herculeana uocatur. Se-
mẽ omnibus copiosum, nigrum. Mi-
rum, sine uillis spinarum, aculeis la-
nuginem ipsam noxiam, & tactu tan-
tum leui, pruritum, pustulasq; adu-
sto similes existere. Notum est reme-
dium olei. Sed mordacitas nõ protin-
us cum ipsa hæbera gignitur, nec nisi
solibus roborata. Incipiens quidem
ipsa nasci Vere, non ingrato, multis
etiam religioso in cibo est, ad pellen-
dos totius animi morbos. Sylvestri-
um quoq; radix, omnem carnem te-
neriorem facit simul cocta. Quæ uero
ex his mitissima, & folijs non mordẽ-

Vrtica Cania

Herculeana.

Vrtica iners.



brat & Marinam cognomine Plinius ad uesicæ uicia. Condit laudes Vrticæ Phaniæ physicus, utilissimã cibis coctam, inueteratamq; professus. Si quadrupedes foetum non admittant, Vrtica naturalia earum fricanda monstrat. Ex Vrtica in Aegypto fit oleum. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad omnia. Vrticam Hippocrates Nidam uidetur appellasse, cum alij Cnidam uocent. Est ubi Clidam legas corrupte, ut censeo, nisi aliud genus sit. Grana inquit Clidæ sexaginta, clystera uuluis inijciantur, quas bilis infestauerit.

A
Vrticæ laus

Vrtica Nida,
Cnida
Clida.

De eadem quoq; VERGILIUS.

Vrtica nihil in censu olerum inuisius nascitur, igneo pruritu urens: & inde facto nomine. Vescebantur nihilominus ea antiqui. Suntq; eius in cibo usus, testes antiqui in latinis Poetæ: quibus iocundum erat Ocimo se & Vrtica recreare. Vbiq; & omnibus tam nota hæba est, ut nihil mone in ea opus sit. Præterq; a Græcis Cniden, ab eorum uerbo *κνίον* dictam fuisse: significat id cum dolore pungi, uexariq;. Vocauit Acalyphas etiam Aristoteles in mari Vrticas, tactu eadem in urendo ui. Medetur ea multis in humano corpore morbis, plurimisque scatet remedijs. Eamq; ob causam non minus ad medicinam, q; ad cibos medicis & olitoribus curanda.

Vrticæ usus

Acalyphæ.

D

DE GALIOPSIS simili Vrticis

herba, DIOSCORIDES.

Galiopsis latinis Vrtica labeo dicitur. Frutex in totum caulem & folia habet Vrticæ, leuiora, & quæ grauem odorem trita reddat. Flore purpureo, tenui. Nascitur circa sæpes, ædificia, ac semitas ubiq;.

B
Vrtica labeo.

Vrticarum ex PLINIO diuisio.

Vrticarum plures differentia. Syluestris, quam sceminam uocant, mitior. Et in syluestri, quæ dicitur Cania, acrior, caule quoq; mordaci, fibratis folijs. Quæ uero etiam odorem fundit, Herculanea uocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum, sine ullis spinarum aculeis, lanuginem ipsam esse noxiam, & tactu tm leui pruriturum, pustulasq; confestim adusto similes existere. Notum est remedium olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa hæba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci Vere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Syluestrium quoq; radix, omnem carnem teneriorem facit simul cocta. Quæ uero innoxia est, morsu carēs, Lamium uocatur.

Vrticarum sexus.

TEMPERAMENTVM.

Calidæ sunt & siccæ Vrticæ in tertio gradu, secundum Serapionem.

VIRE ET IUVAMENTA

ex Dioscoride.

Folia utriusq; illita, canis morsibus, addito sale, medentur.

Gangrenas, carcinomata, sordidida ulcera, & quæ cacoëthe uocantur.

Item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppurationesq; sanant.

- C** Lienosis cum cærato imponuntur.
 Faciunt ad profluvia narium, cum succo trita, & naribus indita.
 Menses ciunt, eadem recentia detrita cum myrrha, & imposita.
 Procidentcs uuluas, contactu resilere cogunt.
 Semen potum ex passo, Venerem stimulat, uuluam aperit.
 Cum melle delinctum, orthopnææ, & lateris, & pulmonum inflamm
 mationibus prodest.
 Thoracem expurgat.
 Erodentibus medicamentis ammiscetur.
 Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt, urinas mouēt, inflationes
 discutunt: decocta cum ptisana, uitia pectoris extrahunt.
 Mulierum menses euocant, cum myrrhæ modico pota.
 Inflammatione turgentem uuam, gargarifatus succus reprimit.

EXSERAPIONE cap. 150.

- Oleum Vrticæ est magis laxatiuum, q̄ oleum carthami.
 Mouet coitum, quando comeditur cum cepis, & uitellis ouorum.
 Et de proprietate eius est, eijcere phlegma crudum.
 Quando excoriatur semen Vrticæ, teriturq̄, & miscetur cum melle, la
D xat fortiter.
 Et cauendum est, ne contingat linguam, & caput meri; ne adurat ea.
 Et dosis eius est, a uigniti granis, usq̄ ad. xxx.

EX AEMILIO MACRO.

- Græus Acalephen, nos Vrticam uocitamus.
 Feruida non modice uis illi dicitur esse,
 Vnde nec immerito nomen sumpsisse uidetur,
 Tacta quod exurat digitos Vrtica tenentis.
 Hæc solet Ictericos cum uino sumpta iuuare.
 Illius semen colicis cum melle medetur.
 Et tussim ueterem curat, si sæpe bibatur.
 Frigus pulmonis pellit, uentrisq̄ tumorem.
 Omnibus his prodest puluis cum melle iugatus,
 Aut succus uiridis cum uino sæpius hauustus.
 Cum sale de folijs eius factum cataplasma,
 Vlceribus prodest, & uulnera sordida purgat,
 Et contra morsus ualet hoc cataplasma caninos.
 Hoc caneros, & parotidas, luxataq̄ curat,
 Hocq̄ reformatur caro quæ discessit ab osse.
 Et solet humeros hoc desiccare nocentes.
 Acri cum uino radix contrita tumorem
 Compescit splenis, podagræ sic subuenit illa,
 Omnibus & morbis sic subuenit articulorum.
 Omnibus his prodest superaddita, uel sibi iuncto
 Si coquis hanc oleo, foueasq̄ hoc unguine membra.

Naribus impositus succus, foliumue, cruorem,
 Elicit, innata est illi uis tanta caloris.
 Quod si manantem cupias retinere cruorem,
 Vrticæ succo frontem line, reprimit illum.
 Si supponatur cum myrrha, menstrua pellit:
 Si claudit uuluum matrix, humore grauata,
 Vrticæ folijs reuocabitur illa fricata.
 Cum uino bibitum uenerem semen mouet eius,
 Et melius tritæ, si iungas melq̃, piperq̃,
 Et sic cum uino prædicto more bibantur.
 Pleuríticos, pectus, pulmones, adiuuat eius
 Semen, si sumptum fuerit cum melle iugatum,
 Cum mulsa bibitum, lotium producit abundans.
 Herba recens eius olerum si more coquatur,
 Detur & illius decoctio, molliet aluum.
 Ore diu clausus succus si uoluitur eius,
 Vuæ non modicum poterit sedare tumorem.
 Sudorem mouet ex oleo decocta perunctis,
 Si quadrupes quæcumq̃ marem perferre recusat,
 Vrticæ folijs illius uulua fricetur,
 Sic naturalem calor excitat ille calorem.
 Defluuium capitis, si succo feminis huius
 Vngas sæpe caput, reprimit, doctore Galeno.
 Illius semen collectum tempore messis,
 Et desiccatum, multis erit utile caussis.
 Omnibus his prodest puluis cum melle iugatus.

B

A V T O R E S.

Dioscorides lib. 2. cap. Acalyphen.
 Plinius lib. 21. cap. 15.
 Serapio, cap. 150.
 Macer æmiliius.
 Herm. Barbarus.
 M. Vergilius.



A

B

Leonurus cardiaca, L.
E.L.S.
Sm. fl. 3. 104

C. 2. 1536. 158



Marrubium vulgare L.
Sm. fl. 3. 103

L. 2 1536. 159

C DE MARRUBIO RHAPSODIA XXV.
 ¶ Nomenclaturæ.

Græcæ, πράσιον. ἑνπατώριον. φυλλόφαρισ. τριπιδίλον. καμηλοπόδιον. ζίμα ταύρον.
 ἄφιδρο. γόνος ὄρον.

Latinae, Marrubium, Prasium, Eupatorium, Sanguis
 tauri. Ulceraria.

Germanicæ, Andorn. Gottes vergessz.

PLACITA AVTORVM
 de Marrubio.

F MARRUBII descriptio secundum D I O S
 S C O R I D E M lib. 3.
 R V T E X E S T ab una parte ramosus, hirsutus, albescens,
 quadrangulis caulibus, folijs humano pollicis similibus, paulominus q̄
 rotundis, hirsutis, rugosis, sapore amaro. Semen per intervalla in cauli-
 bus illi est. Flores asperi, verticillorum figura. Nascitur circa areas domo-
 rum, & inter rudera.

Pictura Marrubij ex T H E O P H R A S
 S T O libro. 6. cap. 2.

D Sunt Marrubij duo genera. Aliud enim folio herbido ferratiori, inci-
 surisq̄ profundioribus, & proinde conspectioribus discreto constat:
 quo unguentarij uti ad nonnulla consueverunt. Alterum rotundius,
 squalensq̄ uehemēter, sicut * sphaeli, incisurasq̄ habens obscuriores,
 minusq̄ ferratum.

* id est,
 saluicæ.

P L I N I V S de Marrubio lib. 20. cap. 22.

Castor Marrubij duo genera tradit, Nigrum: &, quod magis pro-
 bat, Candidum.

E R R O R P L I N I I in Marrubio, obser-
 uatus ab Nicolao Leonicensi libro
 de erroribus Medicorum.

Multæ herbæ
 Prasio similes

Multas herbas ac frutices, folijs Marrubio similibus, scribunt Diosco-
 rides, Galenus, ac Paulus, quas omnes Plinius, non Prasio, sed Prasio, id
 est, Porro folia tradit similia habere. Sic Horminon libro. 22. dixit semen
 habere Cymino simile, cetera Porro. Sic Balloten, quæ alio nomine Mar-
 rubium nigrum similitudine foliorum appellatur. Plinius libro. 27. scri-
 psit alia nuncupatione Porrum nigrum a Græcis uocari, ac folijs quam
 Porri maioribus consistere. Sic Stachyn Porri habere similitudinem, lon-
 gioribus folijs, pluribusq̄ lib. 22. notauit.

D I L V T I O C A L V M N I A E L E O N I
 cenicæ per Pandolphum Collinucium.

Prasium græce esse, quod nos Marubium, Prasium uero quod Porrum dicimus, primum
 Leonicensis edocuit. Didicit (ut opinor) & ipse boni cuiusdam uiri poëticam medicinam, in
 qua ita scriptum est, Folia Marubij sunt Prasio, Prasioq̄ Porri.

Quæ quoniam Plinius distinguere nesciuerit, Horminum, Baloten, Stachyn Porri folijs,
 non Marubij, ut oportuit, constare dixit. Tum tres illos testes, qui unus sunt, quod supra do-

cuimus Dioscoridem, Galenum, Paulum, opinioni suæ adstipulantes citat. Vt et Hadrianus Imperator, his testibus fidem adhiberi, qui unum, eundemq; sermonem (ut de compacto) afferunt. Verum ipse neq; errasse Plinium patiar, qui Marrubium græce Prasium dici. 20. lib. & Porrum Prasum. 7. & 20. aperte monstrauerit: neq; Dioscoridem crediderim, sed hunc ipsum Pliniomastigen: qui ideo Dioscoridem Marrubium intellexisse opinatus est, q; ipse quæ nam illæ herbæ sint nesciat: placetq; hominis inscitiae potius, uel codicis uitio, q; Dioscoridis adscribere. Ita enim a Leonicensi nostro fieri oportuit, cum Plinium emendaturus uideretur, non quam herbam Plinius pinxisset, negare esse illam, sed quæ, qualisq; illa nunc sit docere: non quid unaquæq; res non sit (quod de Deo dici solet) sed quid ea sit dicere: non destruere, sed adstruere: non ex Dioscoridis sententia, in re non manifesta Plinium euertere. Pariter enim & Dioscorides potest Plinij autoritate superari, sed uel ratione, uel rei ipsius euidencia. Nihil minus philosophi est, ut diximus, q; aliquid sine ratione dicere. In herbis quoq; designandis, non scribentis autoritas, non Leonicensi censura, sed uis & figura, & res ipsa consideranda sunt, palamq; exhibendum quicquid id est medicamentum, de quo disputatur. Quod si ignoretur (neq; enim scire omnia mortalis est) salua apud nos scribentis autoritas sit, & humane potius ignorantiam nostram fateamur, q; errasse alterum impudenter iudicemus. Sic nos quoq; de his, quoad fieri poterit, primumq; de Hormino transigemus.

DE HORMINO.

Horminum, quæ & Geminalis latine dicitur, frumenti genus esse, & inter frumenta connumerari, Theophrastus Plantarum. 8. Plinius uero naturalis historiae. 18. aperte indicant. Nam frumenta ex satis tempore diuidi, Theophrastum secutus Plinius inquit, cum Hyberna facit, ut triticum, far, hordeum: Aestiuua uero frumenta, pannicum, milium, horminum. Galenus quoq; alimentorum primo, quando Horminum in pollinem redigi affirmat, inter frumenta posuisse uidetur. Verum frumētacea omnia harundineo folio constare, tam Plinius, q; eodem loco Theophrastus de frumentorū & leguminū differentijs differens, scribit. Plinius Horminū Porri folijs constare dixit: utrū ergo harūdineis folijs similius habet foliū? Porrū ne, an Marrubium? Iam si ratione certandū est (ubi res ipsa non exhibetur) Horminū inter frumēta est, frumenta harundineo folio constant, Porrum hurundini similius habet foliū. Qui ergo Horminum Porro similia habere folia dixit, ueriores certe enunciauit, q; qui Marrubio, cui nulla prorsus cum Harundine cognatio. Pari similitudine quoq; Plinius (ut est in tradendis herbarū notionibus acutus ac diligens) in Oriza usus est. Oriza etenim & ipsum frumēti genus est, quod Rizum uulgo dicimus, nulli ignotū. Hanc. 18. describens Plinius, Porro similia habere folia dixit: nulla alia ratione, q; qua Horminū quoq; Porri folijs constare scripsit. Porracei enim folij, ad harundinaceum (quo frumenta eisdem censentur autoribus) nulla aptior est proportio. Adde, quod Horminū Plinius, Theophrastusq; Pannico, & Milio aestiuuis frumentis adnumerant: at si Milij, Panniciue folia describenda sint, nullius herbæ magis, q; Porri foliorū pingentur exēplo. Sic Hormini quoq; folia Pannico, Milioq; connumerata, Porri folijs, non Marrubij (quo nihil in frumētaceis figuris ineptius) effigiari oportet. Hæc de Hormino, rationem sequutus, rei q; ipsius euidenciam scripsi, quæ si Nicolaus penitus inspexisset, nec notissimi frumenti Plinio, nec Prasij Græci uocabulū ignoracionem obiecisset.

DE BALOTE.

In Balote uero describenda, quid est quod Prasij, & Prasij uicinitate errasse Plinium credamus, quem quæ uera Balote esset (ut quæ plurima ubiq; nascatur) ignorasse non nisi ignorantissimus crederet? Qui libro. 20. Marrubium inquit, Græci Prasion uocant: & ex Castoris magistri sui sententia, nigrum etiam Marrubij genus esse scribit: ut sciamus etiam Marrubium nigrum dicere potuisse, sicut Porrum nigrum dixit, cum de Balote ageret. Baloten inquit Plinius, Græci Porrum nigrum uocant, folijs maioribus q; Porri. Addit. Et uestientibus, & graueolentibus, canis moribus efficacem. In nullo Marrubij genere folij uestiunt: at in Porro, Allio, Harundine uestiunt. Maiora inquit, sunt q; Porri. Magna esse Porri folia, non ignorabat Plinius: ideo maiora, adiecit. Graueolentiam in nullo Marrubij genere (nisi manu teratur) esse, certum est. Ea quoq; genera si terantur, non graueolentiā, sed acrem, neq; iniucundum inter Abrotanum atq; Absinthium odorem reddunt. In Porro nigro recte graueolentiā dixeris: quippe, quod fetidum, grauem, & capiti noxium odorem referat: atq; ideo in medicamentis non estur, sed apponitur: quod contra in Marrubij generibus euenit. Sed quæ sunt oculis comissa fidelibus, nonne mouere plus solent? Plena Balote sunt prata, atq; in montium præcipue radicibus isdem quibus describitur signis, Porri folijs grandibus, nigris, maculosis. Vnde ego Baloten dictam existimem. Eam latinorū quidam Vlcerariam, rustici Porrum caninum uocant:

A

»
»
»

Horminum.
Geminalis.
Galenus.

B

Oriza.
Rizum.

Balote.

Vlceraria.

C ex eo quod putem, dictam, quod canis morsibus aduersetur, nec tam herbæ similis, quæ potestatis nomen referat. Quid autem Dioscorides, quiq; cum sequuntur crediderint, Nicolaus uiderit. Nos Plinium Romano ista pensantem iudicio, remq; ipsam audiamus: quamq; & Dioscorides quidem, cum multa Balutes nomina enumeret, inter quæ & Marrubium nigrum est, & magnum Marrubium, et Ifionis sanguis. Alios tamē Cynosprason dicere Baluten affirmat: quod aliud nihil quæ caninum Porrum significat, ipsumq; nomen ad rusticam simplicitatem mansisse iam diximus.

Ifionis sanguis.
Cynosprason

DE STACHY.

Ampeloprasum.
Viti-gneum Porrum
Porrastellum.

Stachyn, quæ tandem sit ignorare me fateor: pari quoq; uel certe maiori ignorantia uersari Leonicenum arbitror. quippe qui et Stachyn ipsam ignoret, & unius, utpote momenti, Plinium credat errasse: nec Plinij uerba, mentemq; consideret. Scripserat. 20. uolumine Plinius, Marrubium a Græcis Prasion uocari, & nigrum Marrubij genus inueniri: notiusq; illud dixerat, quæ ut indicandum esset. At. 4. & 20. lib. cum Ampeloprasum, hoc est, uitigneum Porrum, quod nos uulgo Porrastellum uocamus, Porri folijs constare dixisset, continuo adnectens subiicit. Ea quoq; quæ Stachys dicitur, Porri similitudinem habet, longioribus folijs, pluribusq;. Stachys quoq;, inquit Plinius, ut Ampeloprasus Porri similitudinem habet, longioribus folijs. Si Græci Prasio, id est, Marrubio similem Stachyn dixissent: cum exploratissimum habuisse se Plinius Marrubiū referat, quod folijs paruis, & obrotūdis constet, tunc enim errasse Plinium credibile aliquando fuisset: si Stachyn ut Ampeloprasum Porro non comparasset, uel simpliciter Porro similem dixisset. Verum quando porraceæ herbæ Stachyn adnumerat, & longiora illi folia quæ Porro facit, quis iam dubitet, non errasse Plinium in herbæ similitudine, quam compertam habuisset: Porro etenim, non Marrubio nulli (ut ipse inquit) ignoto, longa sunt folia. Accedit, quod qui octauum Galeni lib. de simpli. medicamentis latinum fecit, Stachyn Porro similem esse interpretatus est. Magnum ueritatis argumentum. Plinius, & eum, qui Galenum interpretatus est (qualiscunq; ille fuerit) in eandem de Stachy conuenisse sententiam.

Iudicium HEMOLAI Barb. de MARRUBIIS.

Marrubium candidum.
Marrubium nigrum.

D Marrubium duplex, folio herbaceo, & incisuris altioribus serrato, unguetarijs, ut Theophrastus ait, quæsito ad quædam. Hoc & Candidum appellauerim. Alterum folio rotundiore, uehementer squalido, ut Saluia, & obscurius serrato: quod quidem ego, aut Balloten ipsam, de qua diximus, aut ei ualde similem interpretor. Nam & medicinæ congruunt in Plinio.

Iudicium MAR. VERGILII de Marrubijs.

Sphacelus Saluia se mus.

Honos Marrubij apud ueteres.

Fecit Theophrastus lib. 6. de Plantarum historia Marrubij duo genera. Alterum quod magis herbaceum, magisq; incisuris diuisum folium haberet: quo qui pharmaca, & morborum remedia tractant, in aliquibus uterentur. Alterum quod rotundiore & squalidore folio esset: quale in altero Saluia genere, quod Sphacelum nominant, uidetur, & in eo tenuioribus incisuris. Videturq; diuisio hæc in hoc tantum Marrubij genere facta ab eo fuisse. Quam uero Plinius, autore Castore, in nigrum, & candidum tradidit, Balloten paulo ante descriptam, & hoc manifeste complectitur. Nisi forte, quod hic colore tantum discreuit, Theophrastus incisuris foliorum indicauit, & præter incisuras herbaceo colore & squalore: ut ex his niger color, & candidus intelligeretur. Siquidem nigredo in plantarum folijs, plenior & obscurior uiredo intelligenda est, & in squalore cinereus & albicans color in plantis plerūq; uidetur. In quam partem inclinat animus nobis: nec aliud, sed aliter a Theophrasto & Plinio dictū fuisse de utroq; Marrubio existimamus. Fuit hoc olus in multo nominum honore apud ueteres, quemadmodum multus in medicina etiam usus, præsertimq; in laxandis liene & iecore, curandisq; tot alijs morbis & uitijs, quæ hoc capite a Dioscoride numerantur.

DE BALLOTE HERBA, seu Marrubio nigro DIOSCORIDES lib. 3.

Balloten, nomine alio nigrum Marrubium, aut magnum uocant, aliqui Nophthan, alij Notianoscemin, alij Nosprasson, alij Nothera, alij Nochlin, aut Nostelim, alij Nophrim, alij Gnoturim, Romani Vlceræ

riam, aut Marrubium nigrum, alij Cantherinum, Aegyptij Asphō, Ma-
gi Ilionis sanguinem. Caules edit quadrangulos, nigros, subhirsutos, cō-
plures ex una radice. Folijs maioribus q̄ Marrubij, hispidis, interceden-
te spacio, subrotundis, graue olentibus, Apiastro proximis: unde aliqui
Apiastrum eam uocauerunt.

Corollarium B A R B A R I de Ballote.

Ballote fruticosa est hærba. Nec uideo, qui possim tueri Plinium, qui
aii, Græci Porrum nigrum uocant. Et infra, Ballote inquit, folijs est Por-
ri maioribus, nigrioribusq̄. At Græci non Porrum nigrum, sed Marru-
bium nigrum Ballotem, sine ulla controuersia cognominant. Nec folia ei
sunt porracea, sed Marrubij & Citraginis. Deceptū affinitate nominum
cōstat, Prason melan, pro Prasion legentem. Est autem Prason Porrum,
Prasion Marrubium. Idem error a Plinio committitur in herba Stachye.

A
Barbarus con-
sentit cum Le-
oniceno.

Prason.
Prasion.

Iudicium M. V E R G I L I I de eadem.

Deprehenderunt iampridem & alij turpem Plinij in Ballote lapsum
lib. 27. cap. 8. Porrum nigrum eam appellantis. Diuq̄ iactatus contra eū
scriptorem hic error est, qui nulla ratione excusari in homine potest, tam
apertam culpam, & ex culpa facilem criminationem habet: id nos relin-
quimus, quod semel in iudicium delatum fuerit, ad nouam reuocare cen-
suram asperius existimantes. Nec aliud bonarum artium, præsertimque
græcarum literarum cupidos monemus, q̄ nullam fore unq̄ satis in ea-
rum professione illis diligentiam: ex quo in unius tm̄ literæ mutatio-
ne, adiectione, detractioñeue, tantum uersatur periculum, ut pro Marru-
bio, Porrū aliquis alios doceat. Nota omnibus modo etiam Ballote est,
a foliorum similitudine Marrubium, a coloris diuersitate nigrum dicta:
siquidē candidus Marrubio, Balloti uero niger caulis est, reliqua omnia
similia et equalia habentibus: ut ex utriusq̄ historia cognouisse facile est.
Hanc Marrubium, alterum Marrubium, id est, secundum, aliqui manife-
sta indicatione dixerunt: quoniam illud prius, hoc posterius sit: non na-
turæ ordine, sed hominum honore & appellatione. Habet & Vlceraria
appellatio alia, certā ex usu & uiribus caussam: quemadmodum & Mar-
rubium Cantherinum a Romanis dici potuit, q̄ eo pascerentur cātherij.

Vergilius in
Plinium.

B
Ballote,
Marrubium.

Vlceraria.

Cantherinū.

TEMPERAMENTVM Prassij ex Ioanne

Serapione cap. Farasio. 198.

Virtus eius prima est calida in secundo gradu, sicca in tertio, in medio
eius uersus finem. Et secunda uirtus est, quæ abstergit & resoluit. Tertia,
quæ aperit opilationes hepatis & splenis, mundificatq̄ pulmonem & pe-
ctus. Et quando ab extra abstergit & resoluit.

Edulium ex Marrubio ex P L A T I N A E lib. 3. de
honestâ uoluptate.

Marrubiū est, quod Græci propter amaritudinē ita uocāt, a q̄bus & in primas herbas cōnu-
merat: cui, semina foliaq̄ trita, cōtra serpētes pfunt, pectoris, & lateris dolores, tussimue sedāt.
Ex utroq̄ Marrubio minutati cōciso, & farina subacto, fiūt offellē, q̄bus ex oleo i patella frictis,
in prima mēsa ad salubritatē uescimur: lūbricos fugare credūt, & ob hāc rē pueris apponi solēt.

C

VINUM MARRUBII ex Columella

libro.12.capite.32.

Vinum Marrubij multi utile putant ad omnia intestina uitia, & maxime ad tussim. Cum uindemiam facies, Marrubij caules teneros, maxime de locis incultis & macris legito, eosque in sole siccato. Deinde fasciculos facito, tomice palmea, aut iuncea ligato, & in seriam mittito, ita ut uinculum extet: in musti dulcis sextarios. 200. Marrubij libras. viij. adijcito, ut simul cum musto deferuescat. Postea eximito Marrubium, & purgatum uinum diligenter oblinito.

Eiusdem uini descriptio per DIOSCORI

DE M libro quinto.

Marrubij adulti folia tundito, & sextarios octo in musti metretam demittito, & reliqua consimiliter facito. Conuenit hoc uinum pectoris uitij, & omnibus quibus Marrubium.

Genuina pictura MARRUBII, ex perito herbario HIERONYMO.

Marrubium Germanis dictum, **Andon**, quod morbo eius nominis, pueris admodum procliui ac familiari auxilio sit. Et habetur duplex. Mas, & Foemina. Mas subniger, similitis maiori Vrticæ, nisi quod in uirore obscurior apparet, & minime comburit. Foemina, folijs rotundis, pallidis, caule rotundo, cubitali.

Medicorum obseruantia est, ut in Marrubij appellatione ei nullus adiungatur sexus, & frequenter foeminam intelligant. Interdum marem masculis, femellam foeminis administrant.

De Marrubij præparatione ex SERAPIONE.

Marrubium quando est siccum, decoquitur in aqua cum semine suo: sed quando est humidum, teritur & exprimitur succus eius. Et succus ille quidem, qui accipitur ex folijs eius, postquam est desiccatus in sole, resoluitur in melle, & administratur ad uisum acuendum. Et fit cum eo sternutatorium ictericis, ad mundificandum colorem cutis. Et admiscetur cum medicinis ad dolorem auris antiquum.

VIRES ET IUVVAMENTA eius
ex DIOSCORIDE.

Huius folia sicca, cum semine decocta in aqua, aut uiridium succus, datur cum melle suspiriosis, tussientibus, & ad tabitudinem redactis.

Crassam e pectore pituitam cum sicca Iri eijcit.

Mulieribus a partu non purgatis datur, ut menstrua & secundas extrahat.

Item in difficili partu, & his qui uenena hauserunt, aut a serpentibus demorsi sunt.

Vesicam, renesque lædit.

Folia cum melle illinuntur sordidis ulceribus purgandis.

Pterygia, nonnisi sustunt.

Marrubium
quare sic dictum.
Marrubium
mas & foemina.

D
Marrubij nomine, quæ sexus intelligat.

Laterum dolores mitigant.

Succus folijs contusis expressus, & sole coactus, ad eadem pollet.

Cum uino & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat.

Naribus, regium morbum expurgat.

Aurium doloribus conuenienter instillatur, per se, aut cum rosaceo.

EX APVLEIO, ad grauem tussim.

Herbam Marrubium coques ex aqua, et dabis eis bibere, qui grauius tussunt, sanabit mirifice.

AD STOMACHI dolorem.

Herbæ Marrubij succus potus, stomachi dolorem tollet: si febricitat, ex aqua potus, satiscq; eleuat se.

AD LUMBRICOS.

Herbæ Marrubij, Absinthij, & Lupinorum paria pondera, in aqua mulsa cocta cum uino, bis, aut ter in umbilico posita, necat lumbricos.

AD CONDYLOMATA.

Herbam Marrubium combure, eiusq; cinerem infrica: sanabit.

VENENO accepto pellendo.

Si quis uenenum sumpsit, herbæ Marrubij succum dabis ex uino ueteri: discutit namq; uenenum.

AD SCABIEM, uel impetigines.

Herbæ Marrubij decocti aqua corpus lauato, scabiem discutit, & impetiginem tollit.

AD PVLMONIS extensionem.

Herbam Marrubium ex melle coctam sumat, mire curabitur.

AD omnem DURICIEM.

Herba Marrubium tusa cum axungia, & imposita, mire sanat.

Ad lassitudinem, & languorem ab opere contractum.

Si quis ab opere lassus incidit in languorem, & neruorum habuerit dolorem, herbæ Marrubij succo, cum oleo rosaceo permixto perunges eum: sine mora sanabitur.

EX PLATEARIO.

Folia Prassij præcipue usui conueniunt medicinæ, & cortices radicis: secundario herba ipsa, & semina collecta, suspensa: quæ possunt seruari per annum in magna efficacia. Habent enim uirtutem dissoluendi, & consumendi ex qualitatibus suis. Ex amaritudine sua diuretica sunt, dissoluntq; attrahunt, & aperiunt.

Contra lumbricos datur puluis eius cum melle.

Contra uermes succus inicitur auribus.

Cōtra duriciem splenis cortex radicis cum hærba maceratur per quinque dies in uino & oleo: postmodum fit decoctio, & colaturæ additur cera, & oleum, fitq; unguentum.

Contra stranguriam & disuriam datur uinum decoctionis eius: uel fit emplastrum ex eo, & imponitur supra pectinem.

- C** Idem fieri potest in colica passione ex frigida caussa.
 Contra hæmorrhoides inflatas, & non fluentes, fiat encatisma, ex aqua salmacina, & uino decoctionis hærbæ. Post fiat suppositum ex puluere eius, cōfecto cum melle. Vel fiat decoctio pulueris eius, uel eius succus in oleo mustellino, & bombyx intincta superponatur.

EX IOANNE VIGONIO.

Recipe foliorum Prassij, florum rorismarini manip. 5. dulcis radicis se. petrosileni, ana. m. 5. liquiricię mundatæ drach. x. passularum, prunorū, iuiubarū ana unc. 1. se. cōmunium drach. v. de duabus radicibus unc. iiii. cum aqua, & parum uini granatorum. Bulliant omnia usq; ad consummationem mediæ partis: deinde colentur, & dulcorentur cum zuccharo sufficienti, & sumat patiens ad quantitatem medię cyathi, quia mirabiliter sanat colicam & stanguriam.

EX HIERONYMO Herbario.

Aqua Marrubij confortat foetum in utero.

Purgat & mundat uulnera.

Pota, pellit phantasmata, & mala insomnia.

Sanat omnes tumores illita.

- D** Et hydropisi laborantibus subuenit, si contineant se ab humidis, & alia nimia potione.

Ingenium, & memoriam confortat, & acuit.

A V T O R E S E T D E S C R I P T O R E S.

Dioscorides, lib. 3.

Plinius, libro uicesimo, capite. 22.

A P V L E I V S.

Thcophrastus libro sexto, capite. 2.

Serapion, capite. 198.

P L A T E A R I V S.

Macer, dictione Marrubium.

Platina de honesta uoluptate, lib. 3.

Marcellus Vergilius

Hermolaus Barbarus.

Nicolaus Leonicensus.

Pandulphus Collinutius.

Ioannes Vigonius.

Hieronimus herbarius.



Gundelreb.

*Helicium hederacea, L
 15.304
 Sm. pl. 3.88*

1537. 167

A

B

DE HEDERA TERRESTRI,
 Rhapsodia XXVI.

HEDERAM terrestrem, vulgus hodie herbariorum graece uocat, χαμαίκισσον, id est, nō attollentē se a terra. Item σελινίτιν, κίσσον ἄκαρπον, γῆσ σίφανον. Latine terrestrem Hederam. Hederam pluuiaticam. Sterilem Hederam, & terrae Coronam.

R E C E N T I O R E S

Græce, ἑλατίνην.

Latinae, Hederam terrestrem.

Vulgariter, Gundel reb.

Chamecissos descriptio apud Dioscoridem & Plinium sic habet. Chamecissos folio est Hederæ, tenuiore, longiusculo, ramulis quinis, senisue, dodrantalibus, foliosis, flore Violæ albæ simili, candidiore, ac tenuiore, gustu supra modū amaro, radice tenui, cādida, inutili. Nascitur in cultis. Pli. li. 24, ca. 15

E L A T I N E historia.

Elatine folia habet Helxine, minora, rotundiora, pilosa, semipedalī

C bus ramulis, quinis, senisue, a radice, foliosis, gustu adstringentibus. Nascitur in fegetibus & cultis. Nec alia fere Plinius lib. 27. capite. 9.

Iam utra descriptio uerius respondeat, quæque propius attigerit scopum, barbarorum ne scholæ, an neothericorum hodie priuata iudicia, in tuo esse arbitrio lector uolumus. Nobis sane, ut in iuniorum sententiam inclinat animus, ita cum non habeant, nisi paucissimos, qui eum errorem primi sibi persuadent deprehendisse se, propter unum inquam & alterum, ueterum fidem, tot seculis receptam, temere damnare non possumus. Verum de hijs & in Hederis plura.

T E M P E R A M E N T V M.

Frigidæ & siccæ fertur esse complexionis. Et uirtutem habet mundificandi, exiccandi, incarnandi, & uulnera consolidandi.

I V V A M E N T A eius quæ inscribitur
Chamæcissos.

Bibunt conuenientissime ischiadici folia, tribus obolis, in aquæ cyathis tribus, tricenis, quadragenisq; diebus. Eodem pota modo senis, aut septenis diebus, regium morbum purgant.

D E L A T I N E S I V V A M E N T A.

Oculorum fluctionibus, & inflammationibus auxiliatur, folijs cum polenta tritis, & impositis.

Eadem cocta, sorbitionis usu, dysenteriam sistit.

Vulgatæ Hederæ terrestris iuuamenta ex
I O A N N E V I G O N I O.

Sanguis hirci ex ea diutius nutriti, calculosis potenter medetur.

Et cum Larido, Elleboroq; contusa, unamquamq; tineam capitis depellit.

Ex H I E R O N Y M O herbario.

Aqua, aut decoctio terrestris Hederæ, pondere unc. ij. confert mulieribus, tumore membrorum, aut uentris laborantibus.

Idem præstabit si epithimetur, idq; bis in die.

A



Euphrasia affinis
 Spreng. hist. 1. 314
 C. S. 233

1537. 169

B

D E E V F R A G I A,
 Rhapsodia XXVII.

INOMENCLATURAE,

Græcæ, ὀφθαλμιά.

Latinae, Eufragia.

Germanicæ, Augentrost.

EVFRAGIAE Hermolaus Barbarus in Sarxifago Dioscoridis, sic meminit. Pampinule similis est, folio tantum minore, ac magis serrato, et lentiusculo: quam nostri herbarij Eufragiam appellant, minus fruticosa, flore luteolo, præcipue claritatis ad omnia vitia oculorum. Veteribus incompertam existimant: quemadmodum & illam, quæ Cartofilago dicitur a uulnerarijs. Nos Ceratophylacen uocãdam putamus: quia partem oculorum Ceratoiden, hoc est, Corneam defendat, salutiq; percussam restituat: folijs Seriphij, uel potius Roris marini, aut Lini quoq; capitulis arentibus, cirris subluteis. Plura apud receptiores non lego.

Eufragia
 ignota ueteri
 bus.

C D E L I N O.

Rhapsodia XXVIII.

N O M E N C L A T V R A E

Græcæ, λίνον. λινοκαλαμίς. λίνον ἄγριον.

Latinae, Linum.

Germanicæ, Linsomen. Flachsf.

LI N V M a græco sumitur, ut inquit Barba-
rus. Semen eius, Linospermon uocatur. Oleo
feminibus expresso, fraces, & retrimenta quo-
q; ipsa reponuntur: saginando iumētorum ge-
neri, præcipue bubus, obesitate sola insignibus
futuris.

Lini genera.

Lini genera Cholorcium, quod tamen Sar-
donicū uocant Græci. Est & Aegyptiū: a quo
Xylinae uestes, quas & Gossampinas dixere.
Hoc iurisperiti Laneam ligneam appellant.

Encomion Lini ex P L I N I I

præfatione, libro de-

cimonono.

D Vt a confessis ordiamur utilitatibus, quæq;
non solum terras omnes, uerumetiam maria re-
pleuere, seritur, ac dici neq; inter fruges, neq;
inter hortensia potest Linum. Sed in qua non
occurret uitæ partæ? quodue miraculum ma-
ius, hærbam esse quæ admoueat Aegyptum I-
talię, in tantum, ut Galerius a freto Siciliae Ale-
xandriam septima die peruenerit, Babilius se-
xta, ambo profecti, æstate uero proxima Vale-
rius Marianus ex prætorijs senatoribus, a Pu-
teolis nono die lenissimo flatu? Hærbam esse,
quæ Gadgis Herculis columnas septimo die
Ostiam afferat, & citeriorem Hispaniam quar-
to, prouinciam Narbonensem tertio, Africam
altero: quod etiam mollissimo flatu cōtigit C.
F L A C C O legato Vibij Crispi procon-
sulis? Audax uita, scelerum plena, aliquid
feri, ut uentos procellasque recipiat: & pa-
rum esse fluctibus solis uehi. Iam uero nec uela
fatis esse maiora nauigijs, sed quamuis ampli-
tudini antemnarum singule arbores sufficiant,
super eas tamen addi uelorum alia uela, præ-

*Linum usitatissimum, L.*

C. B. 214

6

*Linum usitatissimum, C. B.
Sim. pl. 2. 118*

1537.170

terq̄ alia in proris, & alia in puppibus pandi, ac tot modis prouocari mortem. Deniq̄ tam paruo semine nasci, quod orbem terrarum ultro, citroq̄ portet: tam gracili auena, tam non alte a terra tolli: neq̄ id uiribus suis necti, sed passum, tusumq̄, & in molliciem lanæ coactum, iniuria naturæ, ac summa audacia, & quo peruenire nulla execratio sufficit, contra inuentorem dictum suo loco a nobis, cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret & insepultus. At nos priore libro imbres & flatus cauendos, frugum caussa, fructusq̄, præmonebamus: Ecce seritur hominis manu: metitur eiusdem hominis ingenio, quod uentos in mari optet. Præterea ut sciamus fauisse pœnas, nihil gignitur facilius: ut sentiamus nolente id fieri natura: urit agrum, deterioremq̄ ipsum facit.

De L I N I satione, & generibus eius, & quomodo perficiatur, & de Mappis, & Lino non ardente: & quando primum in Theatris Vela.

Seritur fabulosis locis maxime, unoq̄ sulco, nec magis festinat aliud. Vere satum, æstate uellitur: & hanc quoq̄ terræ iniuriam facit. Ignoscatur tamen aliquis, Aegypto serenti, ut Arabiæ, Indiæq̄ merces apporet: ita ne & Galliæ censentur hoc reditu: Montesq̄ mari oppositos esse non est satis, & a latere Oceani obstare ipsum quod uocant inane. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimiq̄ hominum existimati Morini, imo uero Galliæ uniuersæ uela texunt. Iam quidem & transrhenani hostes, nec pulchriorem aliam uestem eorum sceminae nouere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Serranorum familia gentilitium esse, sceminas linea ueste non uti. In Germania autem defossi, & sub terra id opus agunt. Similiter in Italia, ratione alia. Nam inter Padum, Ticinumq̄ amnes subiacent abiterna. In Europa Lino palma secunda. In uicino enim Hallionis capessunt retouina, & in Aemilia uia fauentina candore. Hallionis semper crudis fauentina præferuntur: retouinis tenuitas summa, densitasq̄. Candor æque ut fauentinis, sed lanugo nulla. Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Neruositas filo æqualior pene q̄ araneis, tinnitusq̄ cum dente libeat experiri: ideo duplex quam cæteris precium. Et Hispania citerior habet splendorem Lini præcipuum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira, ibi primum carbasis repertis: nam dudum ex eadem Hispania Zoëlicum uenit in Italiam, plagis utilissimum. Ciuitas ea Callæciæ & Oceano propinqua. Est sua gloria & Cumanus in Campania, ad piscium & alitum capturam. Eadem & plagis materia. Neq̄ enim minores cunctis animalibus insidias, q̄ nobismet ipsis Lino tendimus. Sed cumanae plagæ concidunt apros, & hæ, castesue asperi ferri aciem uincunt. Vidimusq̄ iam tantæ tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromis transirent, uno portante multitudinem qua saltus cingerentur, Nec id maxime mirum, sed singula earum sta

A
Miraculum
Lini.

B
Germanorū
uestes olim
ex Lino.
Textoria a-
pud Germanos.

Quæ olim habita optima
lina.

Ex Lino insidiæ auibus, piscibus & feris.

C mina centeno quinquageno filo constare: sicut paulo ante Iulio Lupo, qui in præfectura Aegypti obiit. Mirentur hoc, ignorantes in Aegypti quondam regis, quem Amasim uocant, thorace in Rhodiorum insula ostendi in templo Mineruæ. ccclxv. filis singula fila constare. Quod exemplum per se expertum nuper Romæ prodidit Mutianus terconsul, paruascq; iam reliquias eius superesse hac experientium iniuria. Italia ex Pelignis etiamnum Lini honorem habet, sed fullonum tantum in usu. Nullum est candidius, lanæue similius, sicut in culcitris præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc ad tomenta pariter inuentum Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti. Aegyptio Lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera, Tanicum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus in quibus nascuntur. Superior pars Aegypti in Arabiam uergens, gignit fruticem, quem aliqui Gossipion uocant, plures Xylon: & ideo Lina inde facta Xylina. Paruulus est, similemque barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eis in candore, molliciaue præferenda. Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimæ. Quartum genus Orchomenium appellant, fit e palustri uelut harundine, dumtaxat panicula eius. Asia e genista facit

D Lina, ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madefacto decem diebus. Aethiopes, Indi que a malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, ut diximus, genitis. Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur: intumescente semine, aut colore flauescente. Tunc euulsum, & in fasciculos manuales colligatum, siccatur in sole pendens, conuersis superne radicibus uno die: mox quinque alijs, in contritum inter se uersis fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat. Inter medicamina huic uis, & in quodam rustico, ac prædulci Italiæ transpadanæ cibo, sed iam pridem sacrorum tantum gratia. Deinde post messem triticeam uirgæ ipsæ merguntur in aquam, solibus tepefactam, pondere aliquo depressæ. Nulli enim leuitas maior. Maceratas indicio est, membrana laxatior. Iterumque inuersæ, ut prius, sole siccantur. Mox arefactæ, in saxo tunduntur stupario malleo. Quod proximū cortici fuit, Stuppa appellatur, deterioris Lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipsa tamen peccitur ferreis hamis, donec omni membrana decorticetur. Medullæ numerosior distinctio, candore, mollicia. Linumque nere & uiris decorum est. Cortices quoque decussi, cibani & furnis præbent usum. Ars depectendi, digerendi que, iustum est, e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, illisum crebro in filice ex aqua: tectumque rursus tunditur clauis, semper iniuria melius. Inuentum iam est etiam, quod ignibus absumeretur. Viuum id uocant: ardentesque in focis conuiuiorum ex eo uidimus mappas fordibus exustis, splendescentes igni magis quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae, corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in deser-

Linum Aegyptium.

Lib. 12. cap. 10.
Maturitas
Lini.

Præparatio
Lini.

Stuppa.

Nere Linum,
& uiris decorum.

Linum uiuum.

tis, adustisq; sole Indiae, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes, affuescitq; uiuere ardendo. Rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem. Ruffus de caetero colos splendescit igni. Cum inuentum est, aequat precia excellentium margaritarum. Vocatur autem a Graecis Asbestinum, ex argumento naturae. Anaxilaus autor est, linteo eo circumdatam arborem, surdis ictibus, & qui non exaudiantur, caedi. Ergo huic Lino principatus in toto orbe. Proximus Byssino, mulierum maxime delitijs circa Elim in Achaia genito, quaternis denarijs stipula eius permutata quondam, ut auri: repertaq; linteorum lanugo, e uelis nauium, maritimarū maxime, in magno usu medicinae est, & cinis Spodij uim habet. Est & inter Papauera genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum trahunt. Tentatum est tingi Linum quoq; & uestium infaniam accipere in Alexandri magni primum classibus, Indo amne nauigantis: cum duces eius ac praefecti in certamine quodam uariassent insignia nauium, stupueruntq; littora flatu uersicoloria implente. Velo purpureo ad Actium cum M. Anthonio Cleopatra uenit, eodemq; effugit. Hoc fuit imperatoriae nauis insigne. Postea in theatri tantum umbram fecere: quod primus omnium inuenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasma deinde Vela primus in teatro duxisse traditur Lentulus spinter Apollinaribus ludis. Mox Caesar dictator totū forum Romanum intexit, uiamq; sacram ab domo sua ad cliuum usq; in Capitolium: quod munere ipso gladiatorio mirabilius uisum tradunt. Deinde & sine ludis Marcellus, Octauia sorore Augusti genitus, in aedilitate sua, auunculo. xi. consule, Calendis Augusti, Velis forum umbrauit: ut salubrius litigantes consisterent. Quantū mutatis moribus Catonis Censorij, qui sternendum quoq; forum moricibus censuerat. Vela nuper colore caeli stellata, per rudentes terrae etiā in amphitheatris principis Neronis rubent, in cauis aedium, & muscum ac solem defendunt. Caetero mansit candori pertinax gratia. Honor etiā & Troiano bello. Cur enim non & praelijs intersit, ut naufragijs? Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse, testis est Homerus. Hinc fuisse & nauium armamenta, apud eundem interpretati sunt eruditiores: quoniam cum sparta dixit, significauerit fata.

A

Linum
Asbestinum

Byssinum.

Vela lineae.

B

DE LINI SATIONE

ex Palladij. ii. libro.

Mense Octobri Lini semen feremus, si placet: quod pro malicia sui ferendum non est, nam terrae uber exhaurit: sed si uelis, loco pinguisimo & modice humido feretur, in iugero. viij. modijs. Aliqui macro solo spissum ferunt: ita adsequuntur, ut Linum subtile nascatur.

TEMPERAMENTVM EIVS.

Semen easdem, quas Foenogracum uires habet, Estq; calidum fere in primo ordine. Et humiditate, & ariditate, fere in medio constituitur.

C

V I R E S E I V S, E T I V V A M E N T A
ta ex D I O S C O R I D E lib. 21.

Discutit & emollit omnem intus forisq; inflammationem, cum melle, oleo, exiguaq; aqua decoctum, aut melle cocto exceptum.

Vicia cutis in facie, uarosq; crudum exterit.

Illitum cum nitro, & ficulneo cinere, parotidas duriciasq; discutit.

Ulcerata quæ serpunt, fauosq; cum uino decoctum expurgat.

Vngues scabros eximit, cum pari modo Nasturtij, & mellis.

Vicia pectoris extrahit, si ex melle in eclegmatis uicem substituatur.

Tussim lenit, Venerem stimulat, si farina piperis, & melle exceptum, pro placenta largius adsumatur.

Huius decoctum, interaneorum, uuluaq; erosionibus immittitur.

Alui excrementa euocat.

Ad uuluae inflammationes, in defensionibus perquam utile.

Ex Miscellaneis S E R A P I O N I S cap. 21.

Ex Mesue. Proprietas seminis Lini est. Quãdo fit emplastrum ex eo, mixta cera & melle, confert alboribus unguium.

Ex Albugerig. Confert ulceribus uesicæ, & renum, & maturat apostema, quando fit ex eo emplastrum.

Quando bibitur torrefactum, confert tussi calidæ & humidæ.

Ex Mesarugie. Expellit foetum cito, & aquam.

D Et decoctio seminis Lini miscetur cum oleo, & fit inde clyster ulceribus intestinorum, & confert magnifice.

Ex Rasi. Confert doloribus, & puncturis intestinorum.

Ex Paulo. Linum quãdo comburitur, confert fumus eius subtilis corripizæ, & suffocationi matricis.

Lini N O C V M E N T A, ex Galeno lib. 1.

de alimentis cap. 27.

Est autem malum stomacho, & difficulter concoquitur: præterea frictum, uentrem uehementer sistit: & urit agrum in quo seritur, deteriorumq; ipsum facit.

A V T O R E S,

Dioscorides, lib. 2.


Plinius, lib. 19, cap. 1.

Palladius, lib. 11.

Serapion, cap. 21.

Galenus. 1. alimentorum, cap. 28.

Septimo simpli, cap. 81.



Cynoglossum *sp.*
 C. O. 257

1537.105

C

Cynoglossa minor.



Kleyn Hundtszung.

D

DE CYNOGLOSSIS Rhapsodia, XXVIII.

¶ Nomenclatura.

Græcæ, κυνόγλωσσον. φυτόν. καβαλλάτιον. σολείον. σκόλυμος.

Latinæ, Lingua canis. Lingua canina. Cynoglossa.

Germanicæ, Hundtszung.

A V T O R V M P L A C I T A
de Cynoglossis.

CANINA Lingua, folia latifoliae Plantagini similia habet, angustiora tamē, minoræq; & lanuginosa. Sine caule Canina lingua est, per terramq; sternitur. Nascitur fabulosis locis.

Cynoglossi historia P L I N I A N A lib. 25. cap. 9.

Iungitur Plantagini Cynoglossos, caninas imitans linguas, topiarijs operibus gratissima. Aiuntq; quæ tres thyrsos seminis emittat, eius radicem potam ex aqua, ad tertianas prodesse: quæ quatuor, ad quartanas. Est alia similis ei, & quæ fert lappas minutas, Eius radix pota ex aqua, ranis & serpentibus aduersatur.

*Myrsotis palustris, L.
C.B. 254
Siam. hist. 2. 34*

1537. 176

Explanatio Cynoglossi, per M. VERGILIUM.

Canis linguā herbam, nouit Ethrutia oīs, utitur em̄ ad ulcera, & minora uulnera, ostenditq; eam sine caule, & paulominus q̄ cunctis iisdem huic scriptori notis. Nascitur plerumq; inrer uites, uiretq; tota hyeme. Nos eam sæpe uidimus folioso cespite, radice pollicis humani crassitudine, albicante colore, & supercurrente asperitate: quam credimus nominis & comparisonis ad caninam linguam causam fuisse. Est enim cani, qualis plerisq; alijs animalibus, scobinæ modo asperior linguā.

A
Cynoglossa
quare sic
dicta.

PANDECTARIUS de Cynoglosso.

Lingua canis est similis Arnoglossi, nisi quia sunt ei costæ apparentes in folijs eius, sed sunt leuia, & est in eis borra apparens.

IUDICIUM NOSTRUM.

Cynoglossæ duas species dedimus. Vnam, folio Plantaginis, ueram ac genuinam a Dioscoride descriptam. Alteram, quam hodie officinæ Buglossi syluestri (folijs tenuioribus, coreacis) per omnia fere similem ostendunt. De qua tamen uehementer dubitamus. Iniecit nobis hunc scrupum Michael Herus medicus, & idem amicus noster, qui & montis Pessulani medicos, alteram Buglosson hanc facere constanter affirmat. Et quod id facile credam, facit, quod Dioscoridis descriptioni respondere nō uideo. Proinde tam similem Buglossi, ut appareat excisa. Quæ uero sit Pliniana altera, quæ lappas minutas fert, necdum comperi.

Michael Herus

TEMPERAMENTVM.

Frigidi & sicci temperamenti est.

VIRES ET IUVAMENTA

EX DIOSCORIDE lib. 2.

Concisa, & cum uetere suillo adipe cocta folia eius, rabidorum canum moribus, capilli defluuijs, quæ uocant *ἀλοπεκίασ*, & ambustis medentur.

Aluum mollit, elixa eadem, & cum uino pota.

EX IOANNE VIGONIO.

Cynoglossæ succus, cum succo Plantaginis, & uino granatorum, & parum Licij, ad ignem cum prædictis aliquantulum inspissatus, ulceribus oris, & narium, gingiuarum, & genitalium ualet.

B

Valet quoq; admixtus cum melle rosato, et terebinthina, ulceribus ab humoribus frigidis caussatis.

Igitur ut experientia nobis demonstrauit, aduersus morbi gallici ulcera antiqua potentissime facit, eaq; ab omni trumbositate grossa, & radicata, ad modum fortis ligamenti cum facilitate mollificat, purgat, atq; mundat: maxime si prædictus succus inspissatus fuerit ad ignem aliquantulum cum syropo rosato, uel oxymelle squillitico: si uelis, ut fortiozem habeat operationem.

Experimentum

Item folia prædictæ hærbæ ulceribus frigidis, siue scrophulis imposita, a proprietate medentur.

Ex nobili HIERONYMO herbario.


Sanat hæmorrhoides Cynoglossæ aquæ potio, si sint internæ: uel earū ablutio cum Cynoglossæ aqua, si foris promineant.

Nihil æque uulnera ac ulcera omnia abstergit.

AUTORES ET DESCRIPTORES.

Dioscorides.	Pandectarius.	Plinius, lib. 25. ca. 8.
Ioannes Vigonius.	M. Vergilius.	Hieronymus herbario.

C



D

Vinca minor, L.
C.B. 301

yngryen.

DE VINCA PERVINCA,

Rhapsodia XXX.

N O M E N C L A T V R A E.

Græcæ, χαμαιδάφνη, ἀλεξάνδρεια, δαφνίτσο.

Latine, Chamædaphne, Alexandria, Laureola, Lactago, Vinca peruinca, Daphnitis.

Germanicæ, yngryen.

PLACITA AVTORVM, de Vinca peruinca.

Historia Chamædaphnes secundum D I O

S C O R I D E M, lib. 2.

CHAMÆDAPHNE uirgas emittit cubitales, singulari ramo constātes, rectas, tenues, leues. Folia Lauri similitudine, leuiora multo ac

uiridiora. Semen rotundum, rubens, annexum folijs .

Eadem per P L I N I V M descripta, lib. 22,
capite decimoquinto .

A

Chamædaphne unico ramulo est, cubitali fere, folio tenui, Lauri similitudine: semen rubens, annexum folijs .

A P V L E I V S uidetur distinguere Chamædaphnē a Vinca peruinca. Nam duabus descriptionibus prosequitur.

Chamædaphnem quidem cap. 27. sic .

Chamædaphne a Græcis quibusdā Daphnites, aliquibus uero Daphne, alijs Hydragogos, seu Caragogos dicit, Itali Mustellaginem dicunt, alijs Lactaginem, et Lauraginem, alijs Eugubim usuben: quæ in puluerem redacta mollissimum, & in aqua calida potui data, aluum concitat .

Peruincā uero sic ca. 58. Eupeplios, Græci Daphnoides, Hippoglossion, Eupetalon, Diglosson, Daphne: Samothracia, Daphne alexandrina, Daphne Minthrios, Danae. Stephane Alexandrō. Chamædaphne, Carpophyllon, Daphnitis: Latini Peruincam, Victoriæ folium, Laurum Alexandrinam, Macedonicam, Lauraginem, Mustellaginem terrestrem uocant. Frutex eius sæpius cubitalis, folijs ut Muria, paulo maioribus, atq; tenerioribus, & non infractis, remordantibus, & incendiosis. His prædicta est uirtutibus. Ad phlegmata incidenda cyathos duos dabis, cum melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidet .

Victoriæ folium.

B

I V D I C I A N E O T H E R I C O R V M,
de Vinca peruinca .

Iudicium H E R M . B A R B A R I de Chamædaphne & Peruinca .

Chamædaphne folio tenui. Eadem quibusdam & Vincaperuinca est. Hærbæ Topiaria, semper uirens, in modum lineæ folijs geniculatim circumdata, ueteribus inopiam florum supplere solita: cuius & comeduntur asparagi . Porro mihi alia uidetur esse Vinca peruinca, quæ Chamædaphne: quæ Vincaperuinca non attollit, sed serpit, ac se in modum lineæ, ut prædixi, porrigit, flore in purpuram ceruleo: Chamædaphne assurgit in cubitalem altitudinem, ut Dioscorides & Plinius confirmant. Potest tamen etiam Chamædaphne dici Vincaperuinca: id quod & Plinio placet: sed ut testatum sit tamen, aliud, non idem omnino genus esse. Alioquin & medicinæ quoque non nihil uariant. Hydropicis, & auribus, & aluinis prodesse Vincaperuinca dicitur: Chamædaphne capitis doloribus, urinae, mensibus ciendis, ardoribus stomachi, torminibus .

Chamædaphne uidetur alia esse a Peruinca .

M A R C E L L I V E R G I L I I iudicium de eadem .

Humilis & terrestris Laurus Chamædaphne est, sola foliorum similitudine græcorum adoptione in nomen Lauri & honorē adscita: topiaria hærbæ, si Plinio credimus, & a Latinis hærbæ sui ætate Vincaperuinca appellata. Quæ si ea est quam Ethruria nunc Vincam hærbam uocat, qua defunctæ uirgines, in gente nostra, ad sepulturam coronatæ efferuntur: & qua familiaris apud nos aliquæ, gentili iure suo, primum ingredientem urbem Archiepiscopum, coronatæ ad portam excipiunt, stipantque & per urbem comitantur, cognitu facillima est: in hortis passim nascens, tenuissimis uiticulis, potius per terram serpens, quæ uirgis, ut Dioscorides ait, a terra se

C extollens: folijsq; Oleaginis magis q̄ Laurinis similibus, Verum a Dioscoridis Chamæ daphnes historia lōge ea differt, ob eas quas pauloāte numerauimus, & plerāsq; alias notas, quas uolentibus obseruasse facillimum erit. Meminit Theophrastus Chamædaphnes ad extremum tertij de plantarum historia uolumen, sed tam breuiter, ut nihil possit ab eo aliud intelligi, q̄ ferre Chamædaphnem fructum folijs adnatum: quod a nostræ ætatis Vincā longissime abest. Ea etiam in nullo ciborum usu modo est, quod ueteres græcorū medici in Chamædaphne fuisse quondam testantur. Siquidem Paulus Aegineta in sexto de ea agens ait, καὶ ἐσθίεται. quod est, Hęc etiā cōmediūt. Præterea sub primo, quo capite docet de omniū olerū asparagis, cum longius de pluribus egisset, subiicit, παραπλισίως δὲ καὶ ὁ τῆς χαμαιδάφνης ἀσπαραγός, id est, Nutrit similit̄ etiā & Chamædaphnes asparagus. His nos indicijs, autoribusq; persuademur, nō esse Chamæ daphnē Ethrurię Vincā herbā. Et nihilominus quæ a Plinio Vincaperuincia. 21. uolnmine, cap. 11. describit̄, nostrę gentis Vincæ satis rñdet. Siquidem Vincamperuincā ait semp uirere in modū lineæ, folijs geniculatim circumdatam, topiariam hærbam, & inopiam florum aliquando sup plere. Quæ omnia nostræ Chamædaphne sit, folio Lauri, cubitalibus uirgis, fructu rotundo rubenteq; & folijs adnato, cuius asparagus in ciborum usu esse possit.

Reprehensio Plinij, Thodori Gazę, Herm. Barb. & M. Vergilij,
per Nicolaum Leonicum. lib. de erroribus Medicorū.

Quę uera Per
uincia apud
Dioscoridem

Idem Theodorus Chamædaphnē Vincamperuincam apud Theophrastum interpretat̄, cum tñ Chamædaphne alia sit planta, cuius descriptio a Vincaperuincia apud Dioscoridē pluri mū aliena ē, cuius etiā Vincęperuincę naturā, imaginēq; accuratē cōtēplantib; illa esse uidebit̄, quę a Diosc. ac Plinio pariē Clematidis, atq; Daphnoidis, et Polygonoidis nominib; designat̄.

Et idē rursus alibi. In Chamædaphne lib. 15. Veterem lectionem distinctiorem putas, si ita scribat̄. Est & Chamædaphne syluestris frutex, & Alexandrina. ut duo genera intelligantur. Alterum Chamædaphne, quā Latini Laureolā, ut tu inquis appellant: cum tñ ea quæ hodie Laureola latine dicitur, non sit Chamædaphne, sed Daphnoides potius, statim postea a Plinio descripta. Alterum Laurus Alexandrina, ex Plinio, Galeno, Dioscoride. Tu q̄dem Pliniū hoc pacto excusas, ne uideatur Chamædaphnē uarijs in locis uarie designasse: cum hoc in loco, libro scilicet. 15. Laurum Alexandrinā tantumō pinxerit, sicuti lib. 24. Chamædaphnē. Sed duo remanent in Plinio scrupuli haudquaq; dissimulandi. Cur cū Plinius cętera Lauri gñā eodē lib. 15. loco descripserit, solam Chamædaphnē indescriptā reliquerit. Cur cū alterū genus nō Alexandrina simpliciter, sed Laurus Alexandrina a Theophrasto, Dioscoride atq; Galeno, ab omnibus de nic; Græcis autoribus uocitetur, Plinius propria appellatione prætermissa, sumptū a loco uel psona, cognomen tantummodo posuit: uel cū postea subiunxit, alij Daphnem uocant, proprium nomen contra naturam postposuit: cum tamen uera huius fruticis appellatio non sit, neq; Daphne seorsim, neq; Alexandrina, sed hoc totum, ut diximus, Daphne Alexandrina.

D Et iterum. Plinius lib. 15. Chamædaphnē ita describit. Est et Chamædaphne syluestris frutex, & Alexandrina, quā aliq; Idæā, aliqui Hypoglotton, alij Daphnen, alij Carpophyllon, alij Hypelaten uocant. Ramos spargit a radice dodrantes, topiarij ac coronarij operis, folio acutiore quā myrti, molliore ac candidiore, maiore semine inter folia rubro: plurima in Ida, & circa Heracleā Ponti, nec nisi in montosis. Eandē Chamædaphnē postmodū Plinius in lib. 24. ita describit. Chamædaphne unico ramulo est, cubitali fere folio, tenui, Lauri similitudine. & reliqua. Quis non uideat Pliniū, eidē plantæ differentes descriptiones afferre? Est em̄ prior descriptio in Daphne Alexandrina, non autem in Chamædaphne lib. 4. a Dioscoride tradita. Esse uero Chamædaphnem a Daphne Alexandrina differentem, non solum Dioscorides, sed Galenus pariter, & Paulus in suis de simplicibus medicaminibus libris ostendunt.

Apologia Pandolphi Collinuti pro Neothericis & Plinio, contra
NICOLAUM LEONICENVM.

Quo plura in Pliniū cōgerere Nicolaus nitit̄, eo se plurib; inscitie notis cōmaculat: ut q̄ nec Plinij uerba, nec scribēdi ordinē, nec rerū consyderet differentias. Itaq; manifestas ineptias iā satius est ridere q̄ refellere. Eidem plantę Pliniū, hoc est, Chamædaphne diuersas descriptiōes afferre, Leonicus dicit. Sed q̄ diuersus sit ipse ab eo quē putabamus, ex hac ipsa Chamædaphne cōsyderemus. Plin. 15. in describēdis Lauri arboris gñibus inquit. Est et Chamædaphne syluestris frutex: neq; ultra de Chamædaphne uerba facit: neq; illā pingit (ut Nicolaus prius arbitratus ē) ex nomine ui-

delicet addubitās, ne herba esset, quā fruticē nominauit. Hic igit̄ uerborū **A**
 Plinij textus pūcto (.) signādus ē. Tū pergit enumerādo Plini⁹ Lauri gñā
 atq; inqt. Et Alexādrina, quā aliqui Ideā, alij Hippoglottin, alij Daphnē
 uocāt. Hanc uero Alexandrinā Daphnē pingit. Hæccq; illa est, quā Dio-
 scor. q̄q; ceteriq; describūt. At. 2. &. 20. uoluminis. 12. ca. cū fruticū, sub-
 fruticūq; gñā multa descripsisset, His subnectemus inquit, quę Gręci cō-
 municatiōe nominū in ambiguo fecere, an arbores assent. Tū pximo ca-
 pite cōtinuo de Chamēdry, Chamēdaphne, Chamēlea, Chamēfice, Cha-
 mēcisso, ceterisq; huiusmodi uerba facit. Atq; inibi Chamēdaphnē descri-
 bit: quā uolum. 15. tm̄ attigerat. Hęc igitur ita se habent. Enumerat. 10. Pli-
 nius Lauri septem gñā: tū tres Laurei fruticis species, Chamēdaphnē, A-
 lexandrinā, Daphnoiden: et Alexandrinā quidē, & Daphnoidē pingit:
 Chamēdaphnē uero, qm̄ inter illas relaturus erat quas nominū cōmuni-
 catio (ut ipse iuquit) dubias fecerat, an arbores essent, an hærbae. 2. &. 20.
 libro pulchre descripsit: in quo de similibus hærbis suo ordine loquebat̄.
 Vides, ut ob punctū (quod in iocis quoq; dicit̄) Leonicensis captus est:
 Si int̄ duo ista nomina, Chamēdaphnē, & Alexandrinā. 15. illo libro, mo-
 ræ aliqd, punctiq; interiecisset (quod uel ipsa gram̄aticæ ratio per, &, co-
 pulæ interuentum postulabat) non in hos laqueos incidisset. Mirū subit
 boni huius uiri, & amici quidem Leonicensi naturā consyderanti: quem
 si ambulatē uideas, lentū magis et tardū, q̄ citatum uel celerem dicas: in **B**
 accusando uero Plinio adeo præcipitem currere, ut in eo legendo, percē-
 fendisq; accusationis capitibus; morā omnē, tarditatēq; oderit: non spm̄
 teneat, non animā, nihil interpungat, nullo puncto consistat. In hoc quo-
 q; sagacissimi ingenij uir Politianus, in ea quā de Cisso & Cistho ad hūc
 ipsum Leonicensū scripsit epistola, egregie notat, cum. 2. &. 20. uolumine
 cap. 10. quia nō interpunxit Nicolaus inter Hypocisthis, &, quam inter
 hærbas dicemus, parum sapere uisus est: maleq; eo loco sensisse de Ci-
 stho: ita ob punctum, ut diximus, sæpe conuincitur.

Punctorū ra-
tio & utilitas.

Sed ne Chamēdaphnes nomen dubium aliquando legentibus inge-
 rat, duas esse plantas scire oportet: quæ Chamēdaphne pariter nuncupē-
 tur. Hanc ipsam, s. de qua agimus, quę uulgo Laureola dicit̄: & eam quæ
 Vincaperuinca dicitur, cōiugalibus coronis expetita: folijs q̄ Lauri lon-
 ge minoribus: humi ad serpilli morem reptans: flore ceruleo, inodoro, ro-
 tundo, foliusculis quinq; sed continuis distincto.

Duæ plantæ
Chamēda-
phne appel-
lantur.

Iuuamenta Vincaperuinçę ex P L I N I I lib. 21. cap. 27.

Vincaperuinca, siue Chamēdaphne, arida tusa, hydropicis datur in
 aqua, cochleari mensura, celerrimeq; reddit aquam. Eadem deco-
 cta in cinere, sparsa uino, tumores siccat. Auribus succo medetur.

Aluinis imposita multum prodesse dicitur.

A V T O R E S.

Dioscorides, lib. 4. Plinius, lib. 24. cap. 15. Apuleius, ca. 27. &. 59. Theophrast⁹, lib. 3.
 Hermolaus Barb. M. Vergilius. Nicolaus Leonicensis. Pādulphus Collinut.

C

Perfoliata mascula.



D

Durchwachs männlin.

1539-183

Ophrys ovata, L.
 C. B. 87
 Sm. Pl. 4. 97
 Comp. Aug. 486

Perfoliata fcemina.

A



*Optimo modo, 4. β
C. S. 87
Sm. p. 4. 37*

B

Durchwachs Weiblin.

DE PERFOLIATA Rhapsodia XXXI.

DV M I N I P S O medio opere hæreremus, atq; nunc illæ, nunc aliæ nobis adferrētur herbæ, citra omnem prorsus & deletum & ordinem (Nam alphabetę seriem obseruare, neq; operis nostri architecti pictores & sculptores obseruare poterant, neq; institutum nostrum hoc ferebat) etiam Perfoliata quædam, inter alias nobis offertur. Sic enim illam appellant officinæ. Circa quam cum multum, ac diu nos torserimus, nihil tamen certi expiscari licuit, neq; ab doctoribus medicis, neq; ab officinis, ne ab uetulis etiam & herbarijs, nisi quod Perfoliata diceretur, nostro idiomate, **Durchwachs**. Pharmacopolas igitur secuti, & nos etiam Perfoliatam illam inscripsimus, cæterum adulterinam. Exhibuit enim & aliam nobis Perfoliatam Lucas pharmacopola, longe ab hac diuersam, coliculis scilicet foliola penetrantibus, non admodum absimilem, catapotiarum generis, uel Esulæ maiusculæ, altitudine dodrantali, tam adpropriatæ respondentem nomini Germanico, ut existimem plane falsos herbarios, qui hanc nobis quam dedimus,

C pro genuina & germana obtruserunt. Quæ uero sit apud Dioscoridem, & quis porro eius usus, necdum animaduerti, nisi quod in officinis audio admodum familiarem esse, & in precio habitam D. Nicolao Capitone medico, idq; adrupta tantummodo, & uulnera glutinanda, Plura non comperi.

Nic. Capito.

Narcissus Martius.



Merzenblümlin.

DE NARCISSIS MARTIIS.

Supra fol. 129.

RESPONDENT flores, folia, bulbi, deniq; omnia fere cum Narcisso superiore. Vnde suspicio nobis subijt, fortasse aut illi germanam, aut certe quandam eius speciem esse. Non enim habeo, in quod tandem aliud genus referam. Sed, quod sæpius moneo, suspicio tantum sit hoc, nullum ex tripode responsum. Si quid firmiter alij comperit, adeo non recusamus doceri, & moneri, ut nisi id data quadam opera moliremur, magis eruditiores prouocare, quã alios docere, ad illam aut cõniuissemus, aut uelut ouem non signatam, ex reliquarum albo, exculcauissemus, & proscripsissemus.

*Leucocoryza verum, 4
C. 13. 155
Scilla hiphia, 6
Sm. p. 2. 146*

D

1537.184

Saxifragia.

A



Saxifraga granulata, L.
 C. B. 309
 Sm. p. 220
 B. Essm. herb. d. 31.
 Cimp. Berg. 125
 Spreng. hist. 314

Hoher Steynbrech.

De omnibus Saxifragis Rhapsodia XXXIII.

AUTORVM PLACITA.

Descriptio Saxifragæ ex DIOSCORIDE lib. 2.

SAXIFRAGON, aliqui Sarxiphagon, alij Empetron, Romaniani Saxifragiam uocant. Frutex est furculosus, in petris & asperis locis nascens.

σαρξίφαγον.
 ἔμπετρον.

Idem in Capitulo de EMPETRO, cap. 191.

Empetron aliqui Phacoïdes uocant. Nascitur in montibus & maritimis

ἔμπετρον.
 φακοΐδης.

C mis, falso gustu. Sed quo propius terreno fuerit, amarius fenitur.

Eiusdem EMPETRI historia ex P L I

N I O lib. 27. cap. 9.

Calcifraga.

Empetron, quã nostri Calcifragam uocant, nascitur in montibus maritimis, fere in saxo. Quo propius mari fuerit, minus salsa est. Saxifragiã porro meminit lib. 22. cap. 21. in partitione Adianthi.

Excussio Historiã Dioscoridis per HERMOLAVM

BARBARVM cap. 2. Sarxiphagon.

Saxifragum, & Saxifraga latine dicitur. Item Calcifraga, si modo hæc est, quam & Plinius & Dioscorides alio loco Empetron appellant, Paulus Sarxiphages. Empetrum, inquit Plinius, fere in saxo nascitur. Recenti uires sunt: uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, una rumpi affirmant. Habetur & Saxifragi genus alterum, in Adiantho a nobis explicandum. Corrosi & ambusti sunt hac parte Græci codices, nec quale sit huius herbæ folium animaduerti ullo modo potest: & in ipso uerborum textu, spaciolum inane uacat. Porro ueterem in Dioscoride picturam huius herbæ uidi, non plus folijs, quã Cirris minutis, per ramos ex interuallo conditis, nec frequentibus: in cacumine furculorum flocci ceu arentes potius quã flosculi: subrudida radice, non sine fibris. Romæ talis ostenditur in maritimis, ac montosis tantum, non rubida radice, sed

Pictura ueræ
Saxifragiã.

D

candida: flosculis quoque candidis. Recentioribus de hac herba parum conuenit. Alij Tritici foliorum figuram, alij marinæ Bati similem dixerunt, alij Tormentillæ uulgo dictæ. Est autem (ut uolunt) Tormentilla, Quinquefolio herbæ similis, nisi quod septem fere habet folia, non quinque. Quarti herbam, quæ florem Caryophyllon uocatum, ferat, de quo alibi dictum est. Quinti Saxifragam eandem esse, aut proximam ei quæ Pampinula, Pimpinella, & Bipennula, & Sanguisorba ruri dicitur: quoniam uulneribus iniecta, ferrum & spicula facile ac citra sensum doloris exigat. Folio paruo, orbiculato, & extremitatibus ferrato: quod & mandi soleat, paratum oleo, sale, aceto: furculis ab eadem radice plurimis atque densis, rubentibus cum radice, ut ferunt. Quibusdam locis uermiculus eruitur, qui curatus, sericis præcipue tingendis, Purpuram facit incomparabilem, cæteros colores splendore quodam, & hilaritate superans.

Tormentilla.

Caryophyllos.

Pampinula.
Pimpinella.
Bipennula.
Sanguisorba.

I D E M in Capitulo de EMPETRO.

Prasoides.

Empetron hoc Phaconides a Dioscoride, Prasoides a Galeno, & Paulo cognominatur. Fere in saxo nascitur. Recenti uires sunt, uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, una rumpi affirmant. quod & in Saxifraga quoque diximus ex Plinij sententia, ut qui nihil differre ab ea indicarit: quandoquidem medicinas, quas seorsum in utraque mentione Dioscorides enumerat, ipse uniuersas Empetro huic assignat. Aut igitur ita sentiendum est: aut Plinium errasse confitendum. Paulus certe Dioscoridem secutus, mentiones duas habet, quasi duorum generum, Galenus unicam

Plinij lapsus.

Empetron, Aetius etiam Empetron uocari solitum affirmat,

A

I V D I C I V M M. V E R G I L I I de utraq;
& de Saxifragia, & de Empetro.

Nasci in petris Empetron satis indicat nomen. Epipetron eadem significatione ex antiquioribus aliqui etiam uocauerunt. Nec solum, quia lentis figuram & speciem refert Phacoides, sed Marrubio similem Prassoides etiam, Plinius Saxifragam a Latinis uocari ait: miscetq; cum ea, quæ priuatim & seorsum à Dioscoride Saxifraga hoc ipso uolumine descripta est. Ex quo iterum suspicari cogimur, quod in Saxifraga dictum hoc ipso uolumine a nobis est, non esse aliud in hoc scriptore eo nomine recipiendum: aut si sit, quod uerisimile tamen non est, uariantibus historia & medicina, bis de eadem actum fuisse non multo ante sub titulo Saxifragæ, quæ latinâ, & iterum nunc sub Empetri, quæ tota uox Græca est. Paulus quidem Aegineta, qui totum in sexto suæ medicinæ Dioscoridem multa breuitate exscripsisse uidetur, Empetri manifeste meminit, Saxifragæ autem nusquam: quod non relinquendum ab eo fuerat, si tunc in Dioscoride Saxifraga legeretur, aut ipse pro diuersa eam recepisset. Crederemus nos etiam eandem Saxifragam & Empetron esse, nisi diuersa penitus utriusq; historia & medicina esset. Ob eam causam peritioribus hoc relinquemus, certius de Saxifraga inuenturis, quod recipiendum, constituendumq; sit.

Epipetron,

Reprehensio Plinij in dijudicanda Saxifragia, & Empetro, per NICOLAVM LEONICENVM.

Empetrum ubi nascatur, et quas habeat uires in trahenda bile ac pituita, scribit Plinius lib. 27. eodem quo Dioscorides modo: alias tamen eidem subiungit facultates, quod urinam cit, & calculos frangit, quæ a nullo alio autore de hoc Empetro traduntur. Quin contra Galenus, Empetrum, quod etiã Prassoides appellatur, solis purgationibus. 6. libro utile esse testatur. At quos in altero Empetro, quod etiã Sarxiphages dicitur, Plinius legerat effectus, a Græcis autoribus, ac præsertim Dioscoride traditos, huic Empetro a Sarxiphage diuerso, quod uim purgatoriã habet, nominis æquiuocatione deceptus, ascripsit.

B

P E T R I C O L L I N V T I I

Apologia pro Plinio.

Empetrum a nostris Calcifragum uocari refert Plinius, calculosq; frangere: ac non id eo calculos non frangit, quia nullus ex his, quos Nicolaus legit, hoc scripserit. Hanc ei herbe uim esse Plinius dicit magnus autor, atq; abunde laudatus: cuius ueram esse sententiam, & experimento compertum est, & hominũ opinione receptum. Est enim Empetrum (quod noster Leoniceus ignorauit) ea herba, quæ acedarijs gratissima nunc habetur: & quam Venetia omnis, una addita, immutataue litera, Sampetram herbam uocitat: Basichiam multi dicunt: alij Baticulam, Picentes ab herbe ipsius facultate Rumpifaxum uocant, folijs ad Rutam ferme accedentibus, uerum crassioribus, acutioribusq;: flore, semineq; quæ cum Anisi, tum fœniculi speciem in muscarijs representent: odore iucundo: sapore inter acidum salisq; cibi appetentiam prouocante. Nasciturq; (ut Plinius quoq; docuit) in montibus maritimis fere in faxis: quod toto illo tractu uidere licet, qui inter phanum Fortunæ, Garganiumq; tenditur promontorium: & in Istrorum cauitibus, Liburnorumq; scopulis, unde plurima in Venetos defertur: & satiuã quoq; in Cœnobiorum hortis non facili cultura seruatur. Certis quoq; rationibus adducimur, ut eam putemus esse, quam Marinam Batin alio in loco Plinius appellauit, aliud Empetri genus quod Saxifragum nostri uocant. Nec Plinium latuit: quippe qui illud libro. 22. inter Adianti genera posuit, ramulis nigro colore uirentibus, folijs filicis, mire calculos pellens, frangensq;: unde & nomen: non quod umbrosis petris (ut Græci forte putauerunt) parietumq; asperginibus nasci illam uideamus. Non ergo nominum similitudine deceptus est Plinius, qui utrumq; Empetri genus, diuerso nomine Calcifragum, & Saxifragum prodidit, sed Nicolaus noster, qui nec Plinij uerba pensauit, nec herbas ipsas (ut accusatorem decebat) agnouit.

Empetrum;

Sampetra,

Basichia,

Baticula,

Rumpifaxũ;

Batis marina;

C

Sententiæ NEOTERICORVM.

Descriptio SIMONIS GENVENSIS.

Alia quædam
Saxifragia.

Petra findula.

Pimpinella
quibusdam
Saxifragia.

Saxifragiæ herbam, quidam accipiunt herbam, cuius folia similia sunt folijs Pimpinellæ, maiora tamen, & ramulos super terram expansos habet. Alia tamen ostensa fuit in partibus Romæ, per omnia Cretano marino similis, nisi quod tenuior & macrior; eo quod in montibus apricis nascitur, & de scissuris petrarum exit: & propter hoc uocant eam incolæ Petra findula, eo quod in suo ortu petras scindere uidetur, odore & sapore Cretano appropinquans. Secundum Butanicum, prima est illa. Nam de Pimpinella dicit, quod multi Saxifragum dixerunt, & quod sit similis ei, uelut Saxifragia tyraria ab antiquis dicebatur.

P A N D E C T A R I I.

Saxifragia, est herba similis Pimpinellæ, non differens, nisi in pilositate, quam habet Pimpinella.

H I E R O N Y M I herbarij.

Quatuor spēs
Saxifragiæ.

Alfakengi.

D

Saxifragia multorum generum est. Scilicet Maior, floribus albis, caule subrubicundo, radice exili, cui uelut Lentis, uel Pisorum noduli adherent: quod semen eius esse ferunt. Minor omnibus agnita, humi repens, in petrarum summis, cui uulgo nomen, **Gryenfraut**, eo quod Ischiadi præcipue medetur. Tertia Alba, quæ Miliū solis, germanice, **Meerhyrs**, apud Dioscoridem lib. 3. Quarta in Alkakengi, arabico uocabulo nomen fecerunt, Germanice, **Schlutten / Bobzellen / Judentyrphen**. de quo in Solano plura.

T E M P E R A M E N T V M S A X I

fragiæ ex Plateario, 28.

Calida & sicca est in tertio gradu, uirtutem habet durenticam, expulsiuam, & extenuatiuam. Calculos arrodit, & conterit.

Vires & iuuamenta Saxifragiæ

ex DISCORIDE.

Cocta in uino, & mox pota, febricitantibus opitulatur.

Stranguriæ prodest.

Singultum sedat.

Calculos uesicæ frangit, & urinam ciet.

Eius, quæ Empetron uocatur, iuuamenta ex

eodem DISCORIDE.

Trahit bilem, pituitam, & aquam, si bibatur in iure aliquo, aut hydromelle.

E X P L A T E A R I O.

Contra lapidem in renibus, & in uesica, & contra Iliacam passionem, stranguriam, & diffuriam, ualet uinum decoctionis eius, uel puluis eius, pondere drach. ij. in ouo sorbili: fomentū quoque ex ea factum, multum confert prædictis.

Conditura Saxifragiæ ex P L A T I N A lib. de
Honestâ uoluptate. 2.

A

Appellatam Saxifragiã Apuleius adserit, quod lapillos in uesica frangat, atq; cõminuat. Eius radix, Petrosileno adsimilis est: quæ ablata, lota, atq; in frustra concisa, cum sale, oleo, & aceto comesta, ob eius caliditatem & siccitatem, lapidem (ut diximus) frangit. Renes & uesicam purgat. Coquitur tarde, propter siccitatem, quæ cõcoctioni contraria est, quam contra, humidum & calidum adiuuat.

DE P I M P I N E L L A, *θρύλλισ*.

Pimpinellam, uel Pampinulam, quintam esse speciem Saxifragiæ, paulo ante ex Hermolao Barbaro testati sumus. Arbitror & hanc ueteribus neglectam, uel incognitam potius. Interpretatus est hanc ex lib. 7. plantarũ Theophrasti cap. 10. Theodorus Gaza his uerbis. Spicosa igitur Oculus caninus, & Cauda uulpina, et Plantago, quæ Agnina lingua a quibusdam uocata est, & ab alijs Coturnix. Huic quodammodo similis est, quæ Bibinella dicitur. Cæterum quam uelit intelligi, & an de nostra uulgata Pimpinella dictum uelit, necdum satis assequor. Calidi & sicci esse temperamenti, ut Saxifragiam, compertum est, & per omnia ad eadem ualere.

Macer lib. 5.
Epistolarum.

Temperamentum.

EMPIRICA quædam de P I M P I N E L L A.

Quæ priuatim de ea ab empiricis accæpimus, hæc fere sunt.

Quod decoctum eius febrem continuam, & quarta quoq; die recurrentem leuat. B

Succus tertianam, idq; ante accessionem, potus.

Contra P H T I S I M sic utitor.

Recipe Pimpinellæ q̄ tenuissime puluerizatæ unc. ij. aquæ Pimpinellæ recentis, & sacchari quantum satis est, et fiat inde Electuarium: de quo fume quotidie drach. ij.

Conditura Pimpinellæ ex P L A T I N A E lib. 2.

De Honestâ uoluptate.

Pimpinellæ, quæ & Bibinella græcè dicitur, uis calida & sicca est: ob hanc rem tarde concoquitur: uoluptatem edentibus adfert. Collecta, ac lota in patinam, ac suomet caule, si tenera est, reponi debet, sale, oleo, et aceto condiri. Si prædura fuerit, folia tantum sumuntur. Aperit hic cibus iecinoris fibras, urinam prouocat, ac lapides, ut Saxifragia: non tamen adeo comminuit.

C



D

Edel Leberkraut. Hyrstlee.

D E H E P A T I C A,
Rhapsodia XXXIII.

N O M E N C L A T V R A

Græca, λειχίν.

Latina, Hepatica, Hepataria, Iecoraria.

Germanica, Leberkraut.


HE P A T A R I A M, siue Hepaticam, omnes Lichen interpre-
tantur eam quæ est apud Dioscoridem libro. 2. cap. λειχίν. Verba Diosco-
ridis sunt. Lichen, quæ saxis est familiaris, aliquibus Bryon appellatur,
asperginosis petris adhæret.

Paraphrasis, BARBARI, super
D I O S C O R I D E M.

Lichen, siue Lechen, est muscus, ut hic, itemq; hærbæ alia nascens in
petrosis: nomine utriq; inuento, quoniam contra Lichenas, remedijs o-
mnibus anteponuntur. Folium unum ad radicem latum, caule uno par-
uo, loogis folijs dependentibus. Vtramq; recentiores herbarij Hepaticã
appellant. Appuli hærbam, cuius unum ad radicem folium habere dixi-
mus, Iecorariam, siue Ficatellam cognominãt, folio succi pleno, & crasso:

Hepatica uni
folia.
Ficatella.Anemone hepatica
C. 15. 330

1537.190



Leberkraut.

*Marchantia polymorpha, L.
C.B. 262*

ita nominatam, quia Iecinoris fibræ similis aspicitur. Diuersa est eodem nomine apud nos, in litore passim nascens, & olitorio foro, ieiuniorum tempore uenalis, hæderaceo fere folio, flore purpureo, lilij pusilli effigie. Conuoluit herba se quibus appropinquat. Soluit aluum cocta, & cruda, olerum modo accepta.

SERAPION lib. Simplicium, capite, 113.
de Hepatica.

Hazez alsacher, id est, Hepatica, G. Nascitur in lapidibus humectis, & cadit super eam ros, & similis est lenticuli aquæ.

PLATEARIUS, cap. 5.

Hepatica hæra est in aquosis, & præcipue in lapidosis locis nascens, minuta habens folia, terræ & lapidibus adhærentia. Quanto autem hæbet maiora folia, tanto melior est, & dicitur Hepatica, quia præcipue est hepatis iuuatiua.

HIERONYMVS herbarius,
de Hepatica.

Hepatica in triplici habetur differentia. Prima, quæ in obsoletis & rui-
nolis fontibus sub dîo, petrosis quoq; lapidibus adhæret, folijs inuicem
pinnatis, sibi adhærentibus, non admodum absimilis ei, quæ Pulmonaria
uulgo uocatur. Altera, quam nunc passim Matrisyluam, uel Stella-
rem hærbam uocant, Germanice, **Waltmeyster**: tametsi Campifolium
uulgo etiam Matrem syluæ faciunt. Tertia Trifolium aureum, Teutonî

C ce, **Guldener Flee**, quod ipsum nascitur in syluis, & asperis.

I V D I C I V M N O S T R V M.

Id solum comperi apud receptos autores de Hepatica, quod equidem memini. Duæ primæ, dum has *υιόνισ* pingeremus, a nobis desiderabantur. Tertiam dedimus. Daturi & priores, si uita fuerit comes, in posterioribus Tomis. Sane prima et tertia descriptione non abluunt, pulchreque cum Barbari & Hieronymi descriptione concinunt.

T E M P E R A M E N T V M
E X S E R A P I O N E.

Virtus eius prima, est, desiccare, idque in modice.

Altera est abstergere.

Tertia uetare impetiginem, & quælibet apostemata calida.

V I R E S E T I V V A M E N T A

Emplastrum ex ea, cohibet mēstrua, & sedat apostemata calida, & impetiginem.

Linguae quoque apostematibus, & omnibus humorum fluoribus, propter suam siccitatem, & stipticitatem plurimum confert.

E X P L A T E A R I O.

Valet contra opilationem hepatis, & splenis, ex calida materia, & hepatis calorem.

D Syropus ex decoctione eius, & rhabarbaro, sanat Ictericam.

Et aduerte, quod in omnibus syropis contra opilationes hepatis, & calefactionem eius, debet indi Hepatica.

Contra calida apostemata superponitur trita in principio. Operatur enim repercussionem materiae influentis.

E X I O A N N E V I G O N I O.

Hepatica est frigida & sicca in primo. Et eius folia contrita, & cum farina ordeï in uino granatorum contrita, & parum sandali albi cum oleo rosaceo, omphacino, hepatis calidum apostema percutiendo spargunt & resoluunt.

Et decoctio eius facta cum Endiuia domestica et syluestri, et parum Capillorum Veneris, parumque Cicoreæ, cum aqua & zuccharo confecta, et cum modico uino granatorum, laborantibus hepatis discrasia calida, optime medetur. Et propterea dicitur Hepatica, quia ægritudinibus hepatis ualde opitulatur.

A V T O R E S.

Dioscorides.

Hermolaus Barbarus.

M. Vergilius.

Platearius.

Ioan. Vigonius.

Hieronimus herbarius.

¶ De Linaria, Rhapsodia xxxv.

A

¶ NOMENCLATURAE

Græcæ, περισειριόν. ψευδολίον.

Latine, Linaria. Pseudolinum. Esula adulterina. Herba urinalis.

Germanicæ, Lynkraut. Harnkraut. Flachskraut.

LINARIAM hærbam D. Ioannes Lotzerus medicus, in colle-
ctaneis suis pharmacorum simplicium περισειριόν græce, & latine Cristam
galli nobis traduxit: tametsi habeant & Verbenæ quædam eius nominis
species. Nec plura etiam apud probatiores lego, nisi quod hanc ψευδολίον,
& Esulam quandam adulterinam faciant Pandectarius, et Genuensis ille
Simon, interq; utramq; mediam scilicet quandam speciem: quod Esula
quidem lactescit, Linaria uero sine lacte sit.

D. Io. Lotzerus

TEMPERAMENTVM eius.

Temperamento frigido & humido deprehendimus in secundo gra-
du, habereq; vires dissipandi, incidendi, extenuandi, & perpellendi.

AB HERBARIIS Vires & Iuuamenta ei nun-
cupantur huiuscemodi.

Eius, simulatq; Pimpinellæ succus erysipelata refrigerant.

Cancro quoq; & Carcinomatis nihil est quod æque medeatur.

Per se indita hærbæ calciamentis, fertur totius corporis laborantis do-
lores reprimere & sedare.

B

Aqua Linariæ cum media cortice Ebuli pota, quantitate nucis auella-
næ, hydropicis mirum immodum eicit aquam per urinam.

Eadem oculis rubentibus salubris est, sero, & in ieiunio indita modi-
ce. Crebro id compertum haud parum multis.

C

DE ESULA, Rhapsodia XXXIX.

C N O M E N C L A T V R A E

Græcæ, *πιτυουσα*.

Latinæ, Esula.

Germanicæ, *Wolffsmilch*.

NON consentio cum Simone Genuensi, qui negat hanc inter septem Tithymalorum species conscribi debere. Existimoque esse, aut Cyparissiam Tithymalum, aut certe Pityusam illam apud Dioscoridem lib. 2. Nec ea suspicio est tantum, uerum in uetustissimo libro, a Bononiensi quodam medico de simplicibus Diosco. inscripto, quomodo ad nostras officinas respondeant, ita scriptum inuenimus. Frutex Tithymalus Lactuca marina, seu Caprina, & Lactaria herba. Eius plura sunt genera: ex quibus unius fructum officinæ uomicam Nucem, alteram Esulam minorem uocant: Pityusam uero Maurisebram uocant, officinæ quoque Esulam maiorem, quæ ubique crescit.

Quadruplici differentia cernitur. Quædam tenera. Quædam crassiore radice. Quædam maior. Quædam minuscula. Quæ autem uera Esula hodie habetur, Linariæ herbae specimen præfert.

Electio eius ex M E S V E.

D Magnum est malum, abscindens uiscera: paruum uero est illud, quod eligitur. Et melior pars plantæ, est cortex radicis eius: & lac eius est acutius & fortius. Et melior est radix ipsius, habens proprietates quinque bonas scilicet: cuius cortex est subtilior & leuior: & facile frangitur: & est habens de rubedine aliquid, sicut Cassia proprie: et super quã iam præterijt medium anni. Recens uero mensis sui tantum, est mala. Nigra uero est perniciosa. Et orta in locis thermarum similiter. Et melius tempus collectionis radicis ipsius, est principium ueris, & lactis eius, in fine ipsius.

Complexio & proprietas.

Calidæ complexionis est & siccæ in principio tertij. Et lac eius calidius. Et est compositum ex substantia ignea, acuta, & subtili, & ex substantia terrea stiptica: & est incisuum, subtiliatuum, exiccantium materialium submersarum, liquefactuum & apertuum, disruptuum orificiorum uenarum.

RECTIFICATIO Nocumtorum Esulæ.

NO CET CORDI, hepatis & stomacho, & dirumpit uenas, & excoriat uiscera: derelinquit inflammationes, facientes cadere in febres. Et emendatur primum nocumentum quod ex eo timetur, miscendo ei aliquas ex medicinis cordialibus & stomaticis, & hepaticis cum eo. Et secundum et tertium nocumentum corrigitur, acqrendo ei bonitatem cum medicinis coglu-

tinatiuis, & cōadiuuātibus et consolidātibus: sicut est dragagantū pprie: **A**
 & gumī, & bdelliū, & mucilago psilij, & succus portulacę, & similia. Et
 quartū nocumentū eius tollit, permiscendo ei ex rebus refrigerantibus,
 & extinguentib9 aliquas. Et ex hoc facientibus apud me est, ut infunda
 tur in succo Altaraxacon, aut in succo Endiuuæ ex pauco aceto, aut in
 succo Portulacę, aut Solatri & aceto. Et si fuerit acetum decoctionis,
 aut infusionis citoniorum, erit melius. Mirabolani quoque sigillant ei
 bonitates notas, & absinthium similiter, & aloë. Et dixit Iudæus. In
 fundatur in lacte dulci, aut aceto, & renouetur in eo lac multotiens, ex
 siccetur. Reprimatur enim sic a sua malicia. Et dixit Ruffus. Si solutio
 per ipsum superfluit, aut laboriose fiat, sedeat solutus in aqua frigida.
 Mihi quoq; uidetur uerbum inconueniens. Circumstans enim frigi
 dum includit, & cōadiuuat uirtutem medicinæ, & corroborat eam.
 Necnon & medicinas adiuuans, ad uias expulsionum, repellit mate
 rias, sicut te scire fecimus. Succurrendum est igitur tunc, sicut in canone
 diximus. Confectio pilularum de Alsebram conferentium hydropisi.
 Accipe eius præparati partes quatuor, mirabolanorum citrinorum par
 tes quatuor, aloes partes quinç, confice cum succo feniculi: aut Endi
 uuæ. Et est dosis earum a drachma una, & semis, usq; ad tres. Et qui
 dam ex lacte eius, & farina faciunt oblatas, & soluunt cum eis. Et qui
 dam faciunt cum aceto & zuccaro, & lacte ipsius. Et quidam cum carne **B**
 citoniorum, & mastice faciunt solutium bonum.

V I R E S, E T I V V A M E N T A.

Solutione educit flegma uehementer, & aquam citrinam, & humores
 melancholicos, & materias a iuncturis, & confert doloribus earum. Et
 est ex medicinis magnis ad hydroposim. Verumtamen nocet hepatis, &
 desiccatur corpus utentis ipso. Et consumit sperma, & lac eius hoc uehe
 mentius facit. Et facit cadere in febres.

D O S I S E I V S.

Corticis radice eius a Caractis. ij. usq; ad. vij. Et lactis eius a Caracto
 uno usq; ad tres.

V S V S E T A D M I N I S T R A T I O

Efulæ ex Plateario.

Esula calida & sicca in tertio gradu. Frutex est, cuius radix tantum u
 sui competit medicinæ. Cortex radice eius si in uere colligitur, per bi
 ennium in magna efficacia seruatur. Melius est tamen, ut singulis annis
 renouetur. Virtutem habet purgandi flegmaticos humores principali
 ter. Vnde ualet contra ægri tudines factas ex flegmate.

Nota, quod lctericiam suo acumine purgat. Post Scamoneã utilior est
 Esula, & securius potest dari. non enim est multum abominabilis, ut
 quasi indignetur inde stomachus quandoq;: sed tunc tegula calida su
 perponatur.

C Contra quotidianam de flegmate naturali, arteticam, podagram, chiragram, paralifim, iliacam passionem, & leucoflegmatiam detur puluis iste Petruncelli. Recipe scrupul. v. Esulæ, & modicum cinnamomi, semen feniculi, anisi, masticis. Sanis leucoflegmaticis ualet ad præseruationem cum uino calido, uel aqua calida, uel cum ouo sorbili datus in brodio, uel cum iufcello. Benedicta Esulata ualet contra prædictas, & maxime contra passionem colicam: iniiciatur per clystere cum aqua salfa, & oleo, & melle: optimum est.

Contra leucoflegmatiam præcipue talis sit usus. Bulliat succus feniculi aliquantulum, & postea resideat: & aquam claram supernatantem accipe, & addito puluere Esulæ, & zuccaro, detur. Vel fiat syrupus: multum prodest.

Delicatis uero medicinas abhorrentibus, ponatur puluis eius ad decoquendum cum carnibus. Vel ipsi cortices, & carnes illas comedant, & brodium accipiant.

Contra prædictas passiones ualet, si fiat claretum ex puluere eius, in uino & melle, & alijs speciebus. Non est enim multum abominabile.

Theodoricum anacardinum, uel hieralogodion competenter acuntur ex Esula prædicta.

D

EX IOANNE VIGONIO.

Esulæ uirtus est, purgare Melancholiam & Phlegma. Et eius lac uerucas, & porros potentissime euellit, eorum radices exiccans.

A V T O R E S.

Dioscorides, lib. 2. dict. pityusa, & capite de Tithymalis.

Mesue, lib. simpli.

Serapion cap. ccclxxi.

Scriptor Pandectarum.

DE OMNIBVS MALVIS. Rhapsodia xxxv.

A

¶ Nomenclaturæ Maluæ hortensis.

Græcæ, *μαλάχη. κηπευτή. άνθημα.*

Latinæ, Malua hortensis. Lien capræ. Muris urina.

Vulgares, **Bappelen.**

PLACITA AVTORVM de Maluis.

Historia hortulanæ Maluæ ex P L I

N I O lib. 20. cap. 21.

IN M A G N I S laudibus Malua est utraq; & sativa, & sylvestris. Duo genera earum, amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci Malopen uocant, in sativis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant Malachen, e sylvestribus, cui grande folium, & radice alba, Althea uocatur. Ab excellentia effectus a quibusdam Aristalthea. Omne solum in quo feruntur, pinguius faciunt.

T H E O P H R A S T V S D E M A L V A,

quæ Ibisus uocatur, lib. 9. cap. 19.

Spinam quandam enarrant, quæ aquam iniecta congelet. Et radicem Ibisici posse addensare aiunt, si tritam inieceris, sub diuocq; humorem posueris. Constat Ibisicum folio Maluæ, maiori tamen, pilosioriq; caule molli, flore mellino, fructu Maluæ, caulibus proxima. Vfus eius ad rupta, & tusses, uino dulci, & ad ulcera in oleo.

B

De eadem A P V L E I V S cap. 38.

A Græcis appellatur Althea, alij Ororiza, alij Aeleomolochen, alij Molochen agriã, aut Creticen, alij Anadendramalachen, alij Sycophyllon. Itali Ibisicum uocant. Nascitur locis humidis & campis.

I D E M de Malua Erratica.

Malachin agriam uocant Græci, alij Aeleomalachen, alij Acopon, alij Malachin, alij Helionstrophon, alij Osyriacam, alij Maluam rusticam, alij Maluam erraticam. Nascitur ubiq; in locis cultis.

A L I A A L T H E A E H I S T O

ria ex Dioscoride lib. 3.

Althea, quam alij Althiocon, alij Ibisicum uocant, in syluestrium Maluarum genere est: cui folia ut Cyclamino rotunda, lanugine crescunt, flore rosaceo, bicubitali caule, radice lenta, intus alba, Althea appellatur: quod inter primas sit utilis, & pluribus polleat remedijs.

De ea, quæ A L C E A dicitur, quam ego puto eam esse,

quæ hodie herba Simeonis, uulgo **Sigmundts**

wurtz uocatur. Ex eodem D I O S C O. lib. 3.

Alcea syluestrium Maluarum generi adsignatur. Folia habet diuisa, Verbenacæ proxima: caules tres, aut quatuor, cortice cannabino uestitos: florem Rosæ paruum, radices albas, latas, quinque aut sex, cum plurimum cubitales.

C Sententiæ NEOTERICORVM, de prædictis speciebus Maluarum, & autorum explicationes. Et primo HERMOLAI BARB. in Corollario.

Malua Mono-
caulos.

Malua, inquit, culturæ opera, intra sextum, septimumque mensem grandescit in arborem, hastarum, baculorumque usu in Arabia, Mauritania quoque Lixi oppido æstuario, ad Hesperidum hortos, & iuxta delubrum Herculis. Duo genera earum summa: quæ amplitudine folij discernuntur. Maiorem Græci Malachen uocant in satiuis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant Malachen e syluestribus, cui grande folium, & radices candidæ, Althea nominatur. Est & quæ unicaulis nascitur, Monocaulos ex facto cognominata. Omne solum in quo feruntur Maluæ, pinguius faciunt. De Althea, quæ item Dendromalache, siue Anadendromalache dicitur, & Ibiscus, uolumine tertio differitur. Est & Alcea, huius fere generis seorsum indicanda.

I D E M rursus in ALTHEAM.

D Medici Altheam uocando, ut Theophrastus inquit, Maluam syluestrem intelligunt. Ab excellentia effectus, a quibusdam Aristalthea dicitur, Anadendromalache a Galeno. Item Ebiscus, siue Ibiscus. Quanquam Plinius Altheam ab Ibisco separauit, in medicinæ usu. Ibiscus inquit a Pastinaca gracilitate tantum distat: damnatus in cibis, & medicinæ dumtaxat utilis: quam Græci *μαλάχην*, inquit *ἀγρίαν* uocant, & aliqui Pistolochiam. Altheæ folium Maluæ a Theophrasto redditur, sed grandius & pilosius, cauliculi molles, flos luteus, radix alba, neruosaque, semen Maluæ, gustus quoque caulium, ut Maluæ.

M A R C E L L I V E R G I L I I
explicatio Altheæ.

Maluæ genera
duo.

Nihil Althea græcis aliud est, quæ si a medendo medicam simpliciter dicas: quibus *ἀλθία* in medicina pharmacum, remediumque, & *ἀλθαίνειν*, uerbum, mederi est. Nec aliter in Theriacis suis Nicander *ἀλθαίνετα*, aliquid sæpe appellat. Hanc Palladius in Octobri mense Ibiscum dici, his uerbis testatur. Altheæ, hoc est, Ibisci folia. &c. Vtiturque ea, ut uerbis eius utamur, ut ex molli forte uinum fiat. Theophrastus syluestrem esse Maluam lib. 9. de Plantarum historia confirmat his uerbis. Et eam quam hi Altheam, illi uero syluestrem Maluam appellant. Galenus Anadendromalachen uocauit, quasi arboream, siue arboreascentem Maluam. Plinius diuersis locis. 19. 20. & 21. uoluminibus, plura Maluarum genera describens, non satis certam earum historiam tradit. Nos Græcos, & hunc præsertim scriptorem secuti, præcipua duo Maluarum genera fecimus, alterum secundo, alterum tertio hoc uolumine tractatum. Non ignorantes, hæc ipsa a quibusdam iterum diuidi, & in utroque genere satiuam, & sponte sua nascentem numerari. In priore illa hortensem, qua in cibis pro olere uterentur, & locis incultis nascentem: ut tunc in Maluæ commentationibus nostris longius diximus. In posteriore hac syluestrem esse quæ duabus illis undique procerior sit, altiusque a terra erigatur, & in hortis consita arboreascit, multoque maiores flores, nec minore ambitu Rosarum profert. Verumtamen quæ artificio & opere humano meliorescunt, diuersi generis ob id censenda non sunt. Descripsit Altheam hanc Theophrastus eodem libro. Quodque in nullo Maluæ flore, quod hæcenus ipse uiderim, aut ab alijs audierim, luteum illi florem dedit. Nec nos scimus, quo modo naturæ, & alijs scriptoribus in Malua color ille respondere possit. Ostendit quotannis in omni Malua natura inter ruborem, & purpuram splendentem florem. Hic etiam Rhodoides, quod est, Rosæ simile dicit esse, neque ad formam magis, quæ ad colorem referri id oportet. Quo fit, ut peritioribus dirimendam inter Theophrastum, scriptoresque alios tam grauem litem relinquamus.

Explicatio Alceæ per HERMOLAVM

B A R B A R V M.

Alcea caulibus foliosis. Nascitur in pingui solo, nec sicco: quam & Peristereon cognominat, a similitudine foliorum, ut conijcio. Ipsam quoque Leonis caudam, qua multum pollet animal id, Homero, Catullo, & Plinio testibus, appellant Græci Alceam. Differentia in eo, ut quibusdam placet: quod herba diphthongum non habet in penultima. Dicitur, & Cercis cauda eius. Quanquam & herba quædam Cercis est, e qua radij fiant textoribus: unde & nomen.

A

Leonis
cauda.

Cercis.

De eadem rursus MARCELLVS

V E R G I L I V S.

Breuis in antiquis Græcorum medicis Alceæ huius historia & medicina est. Nec Plinius aliter a Dioscoride lib. 27. cap. 4. de ea agit. Nos etiam, quod illi adjiciamus, non habemus. Illud tantum tacuisse nolumus, in antiquissimis Latinis codicibus coniunctam superiori hanc esse, unoque capite de utraque agi. Quod fecisse congener earum natura uideatur.

De eius TEMPERAMENTO.

Agrestis quidem distrahendi, & molliendi clementer particeps est potentia. Hortensis uero, quadamtenus plus aquosæ humiditatis admittit, eatenus potestate imbecillior est. A barbaris frigida in primo, humida uero in secundo pronunciatur.

DE IUVAMENTIS MALVARVM

& uulgatæ Maluæ ex Dioscoride lib. 2.

Satiua esui longe aptior syluestri. Stomacho aduersatur. Aluum iuuat, sed multo magis caules:

Interaneis, & uesicæ utilis.

B

Cruda folia cum salis exiguo manducata, ægylopas ex melle sanant. Verum cum cicatricem trahere cœperint, ea demum citra salem utendum est.

Contra aculeatos apium, uesparumque ictus, illita efficax est.

Eadem cum oleo trita peruncti, non feriuntur.

Ulcera manantia in capite, furfuresque cum urina sanat.

Sacris ignibus, & ambustis decocta folia, tritaque, utilissime ex oleo imponuntur.

Eius decoctum uulvas infensione mollit.

Prodest erosionibus uesicæ, & intestinorum, uulvæ, sedisque, clystere infusum.

Ius decoctæ cum radice sua, contra omnia uenena auxiliatur, si continuo a bibentibus reuomatur.

Contra phalangiorum morsus remedio est.

Lac euocat semen in uino potum: addito Loti syluestris semine, uesicæ cruciatus lenit.

IUVAMENTA eius, quæ Althea dicitur,

ex DIOSCORIDE lib. 3.

Decocta in uino, aut aqua mulsa, in potu efficax est contra uulnera,

C parotidas, abscessus, mammarum inflammationes, attritus sedis, inflationes, neruorum rigores. Siquidem discutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricem perducit.

Cocta, ut dictum est, adiecto suillo adipe, aut anserino, terebinthinaeue, ut malagmatis lentor fiat, facit ad uuluae inflammationes, praeclosurensq; in pessis subdita.

Decoctum eodem fungitur munere.

Onera uuluae, reliquiasq; a partu extrahit.

Decoctae succus ex uino potus, succurrit urinae difficultati, calculosorum cruditatibus, dysentericis, ischiadicis, tremulis, ruptis.

Dentium mulcet dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore.

Viride semen, siccumq; tritum, uutiligines in sole perunctas emendat.

Eodem cum oleo peruncti, a uenenatis non feriuntur.

Valet contra dysenteriam, & sanguinis reiectiones, aluiq; profluuium.

In posca, aut uino decoctum bibitur contra omnes uesparum, apum, similiumq; aculeatos ictus.

Folia cum olei momento, morsibus & igni ambustis illinuntur.

Constat, aquam trita radice addita, sub diuo addensari.

I V V A M E N T A Alcae ex DIOSCORIDE.

D Cum uino, aut aqua potae radices, dysentericis, ruptisq; medentur.

Empirici in usu habent ad Collyrin: dicuntq; uel suspensam eam a pectore, caligantibus oculis prodesse.

Maluarum omnium I V V A M E N T A ex

P L I N I O lib. 20. cap. 21.

Huic contra omnes aculeatos ictus efficacior uis, praecipue scorpionum, uesparum, similiuq; & muris aranei. Quin & trita cum oleo, qualibet earum peruncti ante, uel habentes eas, non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. Valent contra uenena. Aculeos omnibus extrahunt illitae crudae, aut cum anetho potae. Decoctae uero cum radice sua, leporis marini uenena restringunt: & ut quidam dicunt, si uomatur. De eisdem mira & alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis curaturum. Ulcera manantia in capite sanant, in urina putrefactae lichenas, & ulcera oris cum melle. Radix decocta furfures capitis, & dentium mobilitates. Eius quae unum caulem habet, radice circa dentem, qui doleat punge, donec desinat dolor. Eadem strumas & parotidas, panosq; ad dita hominis salua, purgat citra uulnus. Semen in uino nigro potum, a pituita & nauseis liberat. Radix mammarum uitij occurrat, ad alligata in lana nigra. Tussim in lacte cocta, & sorbitionis modo sumpta, quin diebus emendat. Stomacho inutiles Sextus niger dicit. Olympias Thebana, abortiuas esse cum adipe anseris. Aliqui purgari foeminas, folijs earum manus plenae mensura, in oleo & uino sumptis. Vtiq; constat, parturientes folijs substratis celerius solui, protinus a partu reuocanda, ne

uulua sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus ieiunis, in ui
 no decocta hemina. Quin & semē tritum adalligant brachio, genitale nō
 continentium. Adeoq; eae Veneri nascuntur, ut semen Vnicaulis asper-
 sum genitali foeminarum, auiditates augeri ad infinitum Xenocrates tra-
 dat. Item tres radices iuxta adalligatas, tenasmo & dysentericis utilissime
 infundi. Item sedis uitijs uel si foueantur. Melancholicis quoq; succus da-
 tur cyathis ternis tepidus, & insanientibus quaternis. Decoctae comitali-
 bus heminae succi. Hic & calculosis, & inflatione & torminibus, aut opi-
 sthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, & ambustis,
 decocta in oleum folia imponuntur, & ad uulnerum impetus cruda cum
 pane. Succus decoctae neruis prodest, & uesicae, & intestinorum rosioni-
 bus. Vuluas & cibo & infusione mollit in oleo: succus decoctae, pori me-
 atus suaues facit. Altheae in omnibus supradictis efficacior radix, praeci-
 pue conuulsis ruptisq;. Cocta in aqua aluum sistit. Ex uino albo strumas
 & parotidas, & mammaram inflammationes, & panos in uino folia de-
 cocta & illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, q̄libet perniciosae tus-
 si citissime medentur. Hippocrates uulneratis, sitientibusq; defectu san-
 guinis, radice decoctae succum bibendum dedit. Et eam uulneribus, cum
 melle & resina, item conuulsis, luxatis, tumentibus, et musculis, neruis, ar-
 ticulis imposuit. Et asmaticis, ac dysentericis in uino bibendum dedit. Mi-
 rum, aquam radice ea addita addescari sub dio, atq; elactescere. Efficacior
 autem, quo recentior.

EX IO ANNE VIGONIO.

Malua decocta in brodio gallinarū, uel pulli, cum farina ordeacea, us-
 q; ad spissitudinem solidam: deinde pistata cum duorum ouorū uitellis,
 & oleo Violarum in quantitate sufficiente, & parum croci, omnia simul
 miscendo, apostematibus cholericis, & ualde calidis optime medetur, tā
 in resoluendo, q̄ in maturando, si natura maturationē tentare uoluerit.

EX PLATEARIO.

Contra calida apostemata in principio folia Maluae terantur, & super-
 ponantur. Ad maturandum terantur cum assungia porci recenti: & su-
 per regulam calidam ponantur. Hoc autem ualet contra duriciem sple-
 nis & hepatis.

Fomentum ex aqua decocta, circa pedes ualet.

Ad somnum prouocandum in acutis febribus Malua cocta & come-
 sta soluit uentrem.

Valet in febribus, propter uentris constipationem.

Ex aqua illius fiat clyster mollificatiuum competens.

Ad menstrua prouocanda certum experimentum. Radix ipsius ad
 modum digiti grossa & longa, uel etiam longior, radatur aliquantulum,
 & superspergatur puluis scamo, & superponatur: ungatur tamen prius
 cum melle, si uolueris.

Maluauiscus plus mollificat & maturat, sola folia & magis radix trita

Cum affungia, aliquantulum calefacta & superposita, apostemata maturat, duriciem relaxat & mollificat. Hærbæ etiam cocta cum radice, fere ad consumptionem aquæ, apparebit quasi quædam uiscositas: quæ superposita apostema maturat, durum relaxat & remollit

Ex aqua, addita cera & oleo, fit optimum unguentum ad predicta.

Aqua decoctionis seminis ipsius herbæ, ualet contra tussim siccam.

Confert ethicis.

Semina autem facellata, & in oleo cocta, duriciem splenis soluunt & mollificant.

De fatu Maluæ ex PALLADII lib. 10, de mense Octobri.

Hoc mense Malua ferenda est, quæ occurfu hyemis ab incrementi longitudine reprimetur. Loco pingui delectatur, & humido gaudet. Leta & mine transferuntur plantæ eius, cum cœperint folia quatuor habere, uel quinque. Melius comprehendit planta eius, quæ tenera est: maior enim translata, languebit. Sapor illius melior, si non transferantur: sed ne cito erigantur in caulem, in medio earum glebularum conferunt, aut lapillos. Rara ponenda est. Sarculo delectatur assiduo. Sic liberandæ sunt hærbis, ne motum sentiant in radice. Si transferendis plantis nodum facias in radice, sessiles fient.

CONDITURA Maluæ ex PLATINAE lib. 2, de honesta uoluptate.

Maluæ generaduo,

Mirabuntur fortasse qui naturam Maluæ ignorant, me hanc hærbam inter edulia posuisse. Sed desinant mirari, & quantis laudibus extollenda sit animaduertant. Maluæ duo genera, Satiua, & Syluestris, & utraq; laudanda. Quæ Althea dicitur, quæ alte surgat. Amplitudine folij discernantur. Satiua minor, hæc Græci a molliendo uentre *μαλαχιν* uocauerunt. Omne solum in quo feritur Malua, pinguescit. Valet hæc hærbæ contra omnes aculeatos ictus, præcipue uero scorpionum, uesparum, apum, muris arachnei. Quin & trita cum oleo, cutiq; extensa, hominem ab iniuria talium bestiarum defendit. Cruda illita uulneri, aculeos omnes extrahit. Ferunt hominem omnibus morbis cariturum, si qualibet die ex succo Maluæ aliquid sorbeat. Valet item hic succus (quancq; stomacho aliquantulum inutilis) contra bilem atram, & eam maxime, quæ iam ad insaniam ducit. Elixatur tenellæ Maluæ caulis ablata cima, & in patinâ more asparagi positus, cum sale, oleo & aceto comeditur. Condiuntur & eodẽ modo flores. Nec insalubre hoc genus condituræ habetur: cum & calculosis, & inflationi, & torminibus, & sacris ignibus medeatur.

Coriandrum.

A



C. sativum
C. 13. 158
Sm. p. 2. 67

Coriander.

DE CORIANDRO

Rhapsodia XXXIII.

¶ NOMENCLATURAE

Græcæ, κόριον, κορίανον.

Latine, Corium. Corianum. Coriandrum.

Germanicæ, Coriander.

De ratione nominis Coriandri M.

VERGILIUS.

Crediderunt Coriandro aliq in Græcis nomen fecisse Cimices, q̄s folia ei, & caules olent. Et qm̄ insectū id græci Corin uocēt, ideo olentē eos plantā Corion nominauerint. Sunt contra, qui q̄ Corian nō græci frequentis q̄ Coriō Coriandrū uocent, nō a Cimicibus, sed quasi Coriamblon, i. hebetatē oculorū pupulas dictū fuisse uelint. κόρη enim oculi pupillā, & ἀμελύνειν hebetare ἡδέ græci dicunt. Qd' q̄ uerū sit, peritiores intelligent. Ab hoc em̄ nihil quod ad oculos pertineat priuatim in Coriandro decernit. Omnium eius appellationū prior illa in hoc, & alijs medicinæ scriptorib, frequentior est. Alterā illā in cōmuniore sermonis usu fuisse, indicat in eq̄tibus suis Aristophanes. Quocūq; aut nomine uocēt, nota omnibus planta est, semencq; p̄cipue: ideoq; nō ultra a nobis tractanda. Numerat ab hoc ipso scriptore, 6. uolumine

C niter uenena: odoreq; p̄sertim deprehēdi, q̄ similis uiuenti Coriandro toto corpore sentiaf. Meminit & Nicāder in Alexipharmacis suis, quo loco interpret ei, syluestri Coriādro ueneni maleficiū inesse ait: q̄d ab eo describit̄ latioribus longioribusq; folijs, multis adnatis, & numerosa radice, copiosocq; flore. Quod nescio an uerum sit: testante Plinio. 20. uolumine eiusdem numeri capite, non inueniri inter syluestria Coriandrum. De eo iterum in, 6. agendum nobis erit.

ΕΙΚΩΝ C O R I A N D R I.

Radice breuiuscula herba est, admodū fibrata, caulibus, ramisq; multis, nudo semine, ac firmo & diutino. Sub canis ortum falescit.

De satū Coriandri C O L V M E L L A

lib. 12. capite tertio.

Sinape, & Coriandrum, nec minus Eruca & Ozymū ita uti sata sunt, sua sede im̄ota permanent: neq; est eorum cultus alius, q̄ ut stercorata runcētur. Possunt autem, non solum Autumno, sed & Vere conseri.

Eadem fere P A L L A D I V S Martio mense.

Ab hoc mense, usq; in Octobrem totum Coriandrum seritur. Amat terrā pinguem. Sed & macro solo nascitur. Semen melius putatur, quod uetustius fuerit. Delectatur humore. Satum bene, cum olere quocumq; nascitur. Semen melius putatur quod uetustius fuerit.

De Coriandri T E M P E R A M E N T O.

Vim refrigeratoriam habet: ut inquit Dioscorides, Galeno & alijs apparet ex contrarijs uirtutibus constare.

D V I R E S & iuuamenta eius ex Dioscoride.

Illitum cum pane, aut polenta, ignibus sacris, & ulceribus quę serpunt medetur.

Epinyctidas cum melle, uel uua passa, testium inflammationes, carbunculosq; sanat.

Cum faba fresa, strumas & tubercula discutit.

Tineas interaneorum expellit, semen cum passo potum.

Genituram adauget.

Largius tamen sumptum, mentem non sine periculo mouet. Quare continuo & copiosiore usu abstinentum.

Succus cum cerusa, spumaue argenti, necnon aceto & rosaceo illitus, ardentes summæ cutis inflammationes emendat.

EX P L I N I O lib. 20. capite. 20.

Valet contra serpentium genus unum, quod amphibænas uocāt, potum, impositumq;.

Sanat & alia uulnera, epinyctidasq; & pustulas, tritum.

Sic & omnes tumores, collectionesq; cum melle, aut uua passa. Panos uero ex aceto tritum.

Semen ex aqua potum, solutionem uentris stringit.

Seminis grana tria in tertianis deuorari, iubēt aliqui ante accessionem, uel plura illini fronti.

Sunt qui & ante solis ortum ceruicalibus subijci efficaciter putent.

Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi.

Vlcera quoq; quæ serpunt, sanat cum melle, uel uua passa.

Item testes, ambusta, carbunculos, aures, cum lacte mulieris, epiphoras oculorum, uentris & intestinorum fluxiones.

Semen ex aqua potum bibitur in choleris cum Ruta.

Pellit animalia interaneorū, cum mali punici succo, et oleo semē potū.

Xenocrates tradit rē mirā, si uera est: menstrua contineri uno die, si unum granum biberint scēminæ: biduo, si duo: & totidem diebus, quot grana sumpserint. M. Varro, Coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam æstate seruari putat.

EX MACRO.

Depellere uentre

Lumbricos, tineasq; solet, si trita bibatur

Cum uino: uel si mixta sumatur aceto.

EX IOANNE VIGONIO.

Coriandrum quidam dicunt esse frigidum & siccum: quidam uero calidum. Ab effectu enim cognoscitur calidum esse: quia uētositatem & schrophulas resoluit. Ex alio enim latere ostendunt esse frigidum & siccum. Quia sumptum post cibum, cibi uapores compescit, & uapores ad caput ascendentes, prohibet. Ideo decoctio eius, cum farina fabarū, & oleo rosaceo, & myrtino, ad ignem de omnibus faciendo emplastrum solidum, apostemata testiculorum calida potentissime resoluit, dolorem mitigando.

Et succus eius, cum succo Lactucæ & Plantaginis, & albumine oui, & oleo rosato omphacino, omnibus simul conquassatis, apostematibus calidis & heresypelatis, uehementi opitulatur.

EX APVLEIO capite. 102.

Mulier ut cito pariat, Coriandri seminis grana. ii. aut. iij. in linteolo mundo de tela alligato, puer, aut puella uirgo, ad femur sinistrū, ppe ingueni teneat: et mox ut peractus fuerit partus, pueri remedium cito soluatur, ne intestina sequantur.

DE NOCVMENTIS Coriandri ex Dioscoride libro sexto.

Non potest ob odorem latere Coriandrum. Vocem haustum exasperat, & ebrietati similem cum turpi loquacitate furorem facit. Toto corpore eius qui id hausit, Coriandri etiam odor sentitur.

DE EIUS CORRECTIONE.

Remedio est, cum Irino oleo, quo in alijs p̄mōstratum est modo, id eduxeris, cum absinthio meracum uinum: nec itidem per se potum utile est. Bibuntur contra Coriandrum utiliter etiam ouorum putamina in se ipsa confracta, tritaq; & cum muria diluta. Quinetiam Muria ipsa per se bibitur, salsumq; gallinaceorum, anserisue esculentum ius, & cum lupina passum.

A V T O R E S.

Dioscorides lib. 3. cap. 62.

Palladius.

Plinius lib. 20. cap. 20.

Apuleius cap. 102.

Macer.

Ioan. Vigonius.

Columella lib. 12. cap. 3.

§ 3

BASILICVM.

C



*Ocimum basilicum, L. β
C. 15. 226*

D

Basilien kraut.

DE OZYMO Rhapsodia XXXV.

INOMENCLATURAE

Græcæ, ὄζυμον.

Latinæ, Ozymum. Basilicum.

Germanicæ, **Basilienkraut.**

PLACITA AVTORVM de Basilico.

De ratione nominis Ozymi Baptista Pius, commentarijs
super horto Columellæ.

NON OCIMA legendum est, sed Ozyma, pro herba odora-
ta & condimentis idonea, quæ deriuatur ab ὄζειν, quod est, redolere. In
hortis satorum celerrime nascitur Ozymum; nihil illo fecundius. Cum
maledictis ac probris ferendum precipiunt, lætius proueniet. Hæc Pli

nus libro uicesimoprimo. Columella item libro duodecimo. Circa Idus **A**
 Maias Ozyma feruntur: quorum cum semen obrutum est, diligenter
 inculcatur pauicula, uel cylindro. Nam si terram suspensam relinquas,
 plerumque corrumpitur. De hoc quoque Perſius.

Cum bene discincto cantauerit Ozyma uernæ.

Nunc error eorum corrigendus, qui idem putant Ozymum esse, quod
 Ocimum. Nec refert Plinium dicere, Ozyma celeriter prouenire. Non
 enim omnia quæ prospera eueniunt, Ocima dici debent. Nos Ozy-
 mum lingua uernacula dicimus Basilicum: Ocimum uero inter pabula-
 ria numeratur: tantum ab Ozymo distans, quantum ab Eridano Hypa-
 nis. De Ozymo Plinius meminit lib. 21. inter hortensia: de Ocimo ue-
 ro libro decimo octauo.

Ozymum.

Ocimum.

Controuersia de O C I M O ex

P L I N I I lib. 20. cap. 12.

Ocimum Chrysippus grauiter increpuit, inutile esse dicens stomacho, urinae, oculorum
 quoque claritati: praeterea insaniam facere, & lethargos, & iocinoris uitia: ideoque capras id
 aspernati. Hominiibus quoque fugiendum censet. Adhuc quidam, tritum si operiatur
 lapide, scorpionem gignere. Commanducatum, & in sole positum, uermes afferre. Alij ue-
 ro, si eodem feriatur quispiam scorpione, qui ederit Ocimum, sanari non posse. Quinimo
 tradunt aliqui, manipulo Ocimi cum cancris decem marinis, uel fluuiialibus trito, conue-
 nire ad eum scorpiones a proximo omnes. Diodorus in empiricis etiam pediculos facere
 Ocimi cibum.

Secuta ætas alacriter defendit. Nam id esse capras, nec minus quam Mentham & Ru-
 tam, scorpionum terrestrium ictibus, marinorumque uenenis mederi, cum uino, addito ace-
 ro exiguo. Vfu quoque compertum, deficientibus ex aceto odoratum salutarem esse. Item **B**
 lethargicis, & inflammatis, & refrigerationi. Illitum capitis doloribus, cum rosaceo, aut myr-
 teo, aut aceto. Item oculorum epiphoris impositum ex uino. Stomacho quoque esse utile. In-
 flationes, & ructum ex aceto dissoluere sumptum. Aluum sistere impositum, urinam ciere, sic
 & morbo regio, & hydropicis prodesse. Choleras eo & destillationes stomachi inhiberi, Ergo
 etiam Coeliacis Philistio dedit: & coctum dysentericis, & Colicis Plistonis. Aliqui & tena-
 smo, & sanguinem exscreantibus in uino. Extinguit quoque lactis prouentum. Auribus uti-
 lissimum infantium, praecipue cum adipe anserino. Semen tritum & haustum naribus, ster-
 nutamenta mouet, & destillationes capiti quoque illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto.
 Verrucas mixto futorio atramento, tollit. Venerem stimulat: ideoque & equis, asinisque ad-
 missuræ tempore ingeritur.

DE ALIO OCIMO, QVOD

est pabuli genus, idem P L I N I I

V S lib. 18. cap. 16.

Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato Ocimum uocat, quo
 sistebant aluum bubus. Id erat e pabulis, segete uiridi defecta, antequam
 gelaret. Sura Manilius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios de-
 cem, uiciæ duos, tantundem & eruiliæ in iugero autumnino misceri, &
 feri solitos. Melius & auena græca, cui non cadit semen admixta. Hoc
 uocitatum Ocimum, bouumque causa feri solitum, Varro appellatum a
 celeritate proueniendi, a græco quod est *ὀκύς* dicunt.

I D E M D E O C Y M O

lib. 19. cap. 7.

Nihil Ozymo fecundius. Cum maledictis ac probris ferendum præ-

Cicipiunt, lætius proueniet.

De eius fatu, **COLVMELLA** in hortu suo.

Tum quoq; procisso, rigoq; insperfa nouali,
Ozyna comprimito, et grauibus densato cylindris,
Exurat fata ne resoluti pulueris æstu,
Pariulus aut pulex irrepens dente laceffat,
Neu formica rapax, populari femina possit.

De Ozymo scitu quædam dignissima, ex **HERMOLAI BARBARI** Corollario.

Ocimum,

Ocimum prorumpit e terra celerrime, floret particulatim, contra q̄ olus: cæterum, primo parte inferiore, demum superiore: quo fit ut diutius quoq; floreat. Quemadmodum Fabæ, & Heliotropium, Radix una descendit in altitudinem crassa, & admodum lignosa. Cæteræ a lateribus exiles ac prolixæ. Semini cortex obducitur. Vini Ocimo aqua datur meridie: cum cætera matutinis rigentur. Feruenti quoq; aqua sparsum, maturius prouenire dicitur. Sub canem exalbescit. Differre uidetur Ocimum ab Ocimo, q̄ Ocimum pabuli & faraginis quoddam genus est uocatum: ab ocys uerbo, quod ualet cito, ut Varroni placet: siue ab eo quod citat aluum bubus, & ideo ijs datur, ut purgentur. Pabularium & Catoni erat Ocimum, sed listebat eo bubus aluum. Id erat e segete uiridi defecta anteq̄ gelaret. Quæq; manibus carpendum, non falcula secandum, ut renascatur Ocimum, Cato præcipit. Sura Manilius, aliter interpretatur, & tradit Fabæ modios decem, uiciæ duos, tantundem & Erui-liæ in iugerum: melius & auena Græca, cui non cadit semen, addita misceri, & autumnno Boum caussa feri solitos: hoc apud antiquos Ocimum uocatum. De Ocimo sunt qui scribant capras id aspernari, & insaniam facere. Tritum si operiatur lapide, Scorpionem gigni. Manipulo eius cum cancris decem marinis, uel fluuiatilibus trito, conuenire ad eum Scorpiones a proximo omnes. In cibo pediculos facere. Capras id esitare, alij uolunt. Habetur & syluestre Ocimum, quod aliud est q̄ Acinos. Q̄q; Acinos, quemadmodum & Ocimoides a Romanis Ocimastrum uocari Dioscorides existimat. Illud monendi sumus, de syluestri Ocimo nihil scripsisse Dioscoridem, de Ocimoide nihil Plinium. Martialis de Ocimo scripsisse rem miram dicitur: q̄ modo purpureos, modo albos, modo roseos flores pariat: & si ex eo semine frequenter satum sit, nunc in Serpyllum, nunc in Sisymbrium abire solitum. Recentiores Græci, qui de Rustica re scripserunt, Basilicon, & Misodulon appellant Ocimum: tantamq; cum eo foeminæ discordiam inesse prædicant, ut si pultario subiectum sit, nec mulier id sciat, futurum, ut nuncq; cibo manus admoliatur, priusq; subductum fuerit: ut fortasse huc alluserit Persius poëta illo uersu.

Ocimum
syluestre.

D

Dum ne deterius sapiat Panutia baucis,

Cum bene discincto cantauerit Ocima uernæ.

Pro, excantauerit, hoc est, cantando excluderit. Nam & Varro, Plautusq; ut ait Nonius, Excantare usurpant pro excludere. Meretriculam quandam Corinthi Ocimum uocatam legimus in comædijs: sicut aliam Abrotonum: quo & Themistoclis mater fuit nomine. Quanc̄ sunt qui Euterpem uocatam scribant, & aliam Thryallidem, & aliam Sisymbrium: & aliam Meconidem, & aliam Herpyllidem, & aliam Myrrinem.

Ozymi explicatio per **MARCELLVM Vergilium.**

Est Ocimo quemadmodum & plæriscq; alijs, in ruris & hortorum disciplina, eadem quæ uirtutis humanæ fortuna & ratio. Maleficio enim & iniurijs meliorescit. Vtq; illa infortunio aliquo obruta, aut a Principibus neglecta, maleue habita, nihil ex suo censu amittit, sed quod in ferro, metallisq; alijs sit, longo attritu subinde magis nitet, & speciosior plæruncq; emergit: Sic etiam non dissimili ratione Asparagus lætior in census prouenit. Gaudet calcari, & atteri pede crocus, pereundoq; lætior prouenit. Crispum nunquam in hortis fiet Apium, nisi cum est natum incrementum eius, superuoluto cylindro coërceat olitor. Rutam dum conseritur, maledictis prosequuntur qui adsunt: nec aliter maiore bonitate nasci id olus antiquitas credidit. Ex hoc genere Ocimum est: gaudetq; & ipsum cum obrutum terra semen est, pauicula, uel cylindro diligenter inculcari. Nam si terram suspensam reliquerit olitor, facillime totum corrumpitur & perit. Quodq; uix credat aliquis, feruenti aqua conspersum, celerius etiam prouenit.

Pronunciata Barbarorum de Ozymo.

Iudicium SIMONIS GENVENSIS.

A

Ozimum, id est, Basilicum, multas habet species. Nam est commune, quod ubiq; inuenitur, latis folijs. Et est Gariofilatum, strictioribus folijs, & minoribus Gariofilis, redolens, & citratum, omnibus folijs latioribus, odorem habens citri: quod Arabice Turungen uocatur. Quidam Fluuiale uocant.

PANDECTARI.

Ozimum quoddam est Gariofilatum, quoddam comune, & quoddam latum. Plus alijs, quod Citrarium uocatur. Ozimum Gariofilatum, est illud quod ab autoribus laudat: Citrarium, & commune uisuperatur. Gariofilatum competit medicinæ, & herba, & semen: cum autem simpliciter ponitur in medicina, semen debet intelligi, & potissimum in electuarijs: sed in unguentis & emplastris herba intelligitur.

Krusz Basilien
Grossz Basili-
lien.

HISTORIA OZYMI EX

Serapione cap. 156.

Ozimum Gariofilatum secundum Isaac Ebenamram, folia habet parua, quor; color est inter uirorem & glaucedinem: & odor huius herbae est similis odori Gariofilorum: & stipes eius est quadrangulus, cuius color est, sicut color foliorum ipsius: & semen eius est minimū, nigrum, & colligitur in mense Iunio.

Krusz Basilien

Ozimum non Gariofilatum, est arbuftum paruum, & habet folia coloris nigri, similia folijs Herendarog, maiora & latiora.

C
Cap. 157.

Domesticum Ozymū, habet lata folia, ramulos uirides, quadrangulos: & color floris eius est albus: & semen eius est, sicut semen Ozymi, & est calidum & siccum in secundo. Aperit opilationes cerebri, & confortat in catarro.

De eius TEMPERAMENTO.

Teste Hippocrate lib. de rōne uictus, & lib. 1. de passionibus, quæ accidunt homini extra corpus, siccatur, calefacit, & sistit: censetur inter ea quæ confortant cor.

TEMPERAMENTVM, & complexio eius ex

AVICENNA lib. de uiribus cordis.

Basilicon est calidum & siccum in primo. Habet aut aromaticitatem et stipticitatē, cum subtilitate. Præter hæc etiã est in ipso superflua humiditas. Letificat aut cum proprietate: quam adiuuat aromaticitas, stipticitati & subtiliationi associata. Finaliter tamen usus eius, non est in letificatione laudabilis. Quoniã substantia nutritiua, quæ est in ipso, contrariat ipsius medicinali substantiæ. Etenim substantia medicinalis efficit quæ dicta sunt: nutrimentalis uero sanguinē turbidum atq; melancholicum generat: & illa superfluitas insuper quæ est in ipso, caussat inflationē in uenis.

Vires eius, & iuuamenta ex DIOSCORIDE.

In copiosiore cibo oculorū aciem hebetat.

C

Aluum mollit.

Spiritus mouet.

Vrinam pellit.

Lac euocat.

Aegre tamen conficitur.

Illitum cum polline polentæ, aceto & rosaceo, pulmonum inflammationibus auxilio est.

Draconis marini, & scorpionis ictibus per se prodest, & cum uino Chio oculorum doloribus.

Succus uisus caliginem abstergit.

Destillationes exiccat.

Semen potum conuenit insanientibus, difficili urinæ, inflatisq̃.

Naribus haustum, subinde mouet sternutamenta.

Quod idem herba efficit.

Sed oculos præmi necessum est: cum sternutamentum urget.

Sunt qui in cibis abdicandum censeant. Quandoquidem manducatum, & in sole positum, uermiculos gignat.

Aphri autem adijciunt, si feriantur a scorpione, qui Ozymon ederit, nullo conflictari dolore.

E X S E R A P I O N E.

Dixit Isaac. Confert stomacho frigido, & facit digeri cibum grossum, Et confert hepati & cordi.

D Dixit Aenmesuai. Aperit opilationes cerebri, & confert cardiacæ quæ est a phlegmate & melancholia.

Dixit Sindaxar. Auget choleras: & confert hæmorrhoidibus.

Dixit Alcalamē. Et magis temperatum q̃ Maiorona, nec est in eo de siccitate tantum.

E X P L A T E A R I O.

Contra fluxum uētris ex frigiditate factū ualet, cū modico puluere Accaciæ, & decoctum in aqua pluuiali, & potum.

Matricem mundificat, & menstrua prouocat decoctio ipsius herbæ in aqua, & si fiat ex ea fomentum circa pudenda.

Idem facit cocta in uino & oleo.

Cataplasmata, ualet contra tenasmonem.

Eadem fere
Constātinus.

A V T O R E S, E T D E S C R I P T O R E S.

Dioscorides, lib. 2.

Plinius, lib. 20. cap. 12. lib. 18. cap. 16.

Columella in horto suo.

Simon Ianuensis.

Baptista Pius.

Hermolaus Barbarus.

Marcellus Vergilius.

Platearius.

Scriptor Pandectarum.

Serapion.

Auicenna de uiribus cordis.

Platina lib. de honesta uoluptate.

Lilium Conuallis, uel syluestre Lilium.

A



Conuallis *maius*
C. 13. 304

Sm. p. 2. 154
Sp. Nat. 1. 314

1537. 211

Meyenblümlin.

B

DE LILIO CONVALLIS, VEL LI
lio syluestri. Rhapsodia XXXVI.

¶ NOMENCLATURA.

Latina, Lilium Conuallium.

Germanica, **Meyblümen.**

LILII Conualliij nomen apud Barbaros tantummodo lego, apud Dioscoridem nusquam, quod equidem obseruarim. Quamobrem tantisper hic uulgata Herbaria morati sumus, donec uel ex lectione nostra, uel ab doctis herbarijs, fide aliquid dignius ac certius perdiscere mus. Maluimus enim ingenue fateri, quod ignoramus, quam temerario ausu, nouare quicquam, uel priuato nomine inscribere, cuius non ante, aut certas rationes, aut probabiles saltem coniectaras haberemus. Ut dicam tamen quod sentio, mihi unius generis multæ species esse apparent, Narcissus, Flores Martij, alba illa Ligustra referentes, & Lilium Conuallis, omnes liliacei generis: quasdam syluestres, quasdam quoque domesticas, quasdam odoratas, alias odoris expertes. Licet id conijcere, partim ex

- C** Theophrasti Liliorum partitione, parum ex Marcelli Vergilij annotationibus, & barbarorum commentarijs. Medicos quos super hac re consulimus, magis mutos reperimus quàm pisces. Mirum, tanta sibi polliceri purpuram, experimentaque per mortes agere, & tamen hæc minima, ac uulgatissima naturæ ignorare.

De TEMPERAMENTO LILII

Conuallis.

Omnes frigidae ac humidae complexionis affirmant, refrigerareque, & confortare, ut Violas, Lilia, & Rosas.

VIRES EIVS ET IUVAMENTA.

Corroborat cor, cerebrum, hepar, cæteraque spiritalia membra, ut uocant. Vnde exhibetur cardiacis, uertigine correptis, epilepticis, apoplecticis, phreniticis, & crebro in sincopim procliuibus.

Item his qui patiuntur tremorem cordis, & punctiones præcordiorum, quibus membra quoque tremunt.

Compertum est etiam, incipienti lepræ meatus occludere, ne latius serpat malum, & altius radices mittat.

Scabiem & impetiginem reprimit, illitum: idque si uicibus aliquot facias cum illius aqua.

- D** Eadem uenenosorum animalium, & aculeatorum ictus retundit, ne extuberent: ueluti sunt uesparum, araneorum, apum, & id genus cæterorum, si subinde illinatur.

Partus accelerat, & menstrua: sed remissius, adeoque sine negotio.

Ocularij etiam medici ad oculorum inflammationes, & caligines eo utuntur.

VINVM LILII CONVALLIS

sic parato.

Recipe uini ueteris optimi, atque plenissimi mensuram unam, florum Lilij Conuallis lib. unam, quos cum indideris uitreo uasi, in sole excoquito diebus. 30. Vbi insolaueris, per alembicum extrahito, semel & iterum. Extracto liquore, adde aquæ Lauendulæ modicum, piperis triti identidem. Nihil hoc uino preciosius.

- ,, Cerebrum confortat, apoplexiam prohibet, colicum dolorem sedat,
 ,, & uires cordis mirum in modum coadiuuat.



Scrophularia nodosa L.
ELS

See May 184.

See p. 3. 137

Bunwurz.

t


1539. 213



Sedum telephium, L.
 C. B. 287
 Sm. fl. 2. 316

Fogwein. Fogzwangk.

1539.214



Ranunculus ficaria, L.
C. B. 309
Sm. H. 3. 47

Sygwarzkraut. 1537. 215

DE SCHROPHULARIA,

Rhaphodia XXXVII.

INOMENCLATURAE MAIORIS,

Latine, Schrophularia maior. Castrangula. Vrtica mortua.
Germanicae, **Sawwurz. Sictwarzenkraut.**

MINORIS.

Latinae, Ficara. Millemorbia.
Germanicae, **Pfassenhödlin. Syckwurz.**

MEDIAE.

Latine, Schrophularia media.
Germanice, **Knabenkraut. S. Johanskraut. Wundkraut.**
Sottzwangk. Gauchgeyl. Fozwein.

IVDICIVM OTHONIS

de Schrophularia.

SROPHVLAREM haerbam, quæ sit apud Dioscoridem, ut pronunciare temere nō ausim, ita radix palam indicat, inter testiculares, & glandulosas censendam. Nulla tamen testicularium apud Dioscoridem descriptio adhuc mihi satisfecit. Quare Barbaros tantisper morati sumus, donec certiores de nomine eius proprio fieremus, uel alius quispiam certioribus indicijs apud eundem nobis depinxerit. Animaduerto autem trium generum haberi. f. Maiorem, Minorem, & Mediam. De Maiore Simon Ianuensis sic. Schrophularia herba quædam dicitur, uel

Simon Ianuensis.

Cideo, quia circa radicem quasdam tuberositates, uelut schrophulas habet: uel quia ualet ad schrophulas delendas. Habet folia similia Vrticæ, sed maiora, & subnigra. Similiter & tota planta, stipitem unum rectum, duobus cubitis longum, in cacumine grana subnigra. Hæc Millemorbia, a quibusdam Castrangula uocatur. Vocatur & Ficaria, & ut quidam uolunt, Vrtica mortua: eo, quod folia Vrticæ similia habet, non tamen urentia.

Millemorbia
Castrangula.
Ficaria.
Vrtica mortua.

De siac uide
infra in Chelidonio mino-
re, cui congener uidetur.

P A N D E C T A R I V S de Minori Schrophularia.

Testiculus sacerdotis, uel Zemac, herba est super terram expansa. Cuius folia sunt pinguia, et rotunda. Flos eius croceus. Radix testiculis paruis plena, & albis. A Maio mense disperit, nec amplius cernitur.

De Media Schrophularia H I E R O N Y M V S herbarius.

Schrophularia media, crescit folijs pinguibus, rotundis, colore glaucis, succulentis, caliculo palmi unius & semis, radice tortuosa, & nodosa. Germanis uulgo uocatur **Knabenkraut**, oder **Wundkraut**, **Gauchheyl**. quanquam est & alia herba eius nominis, oder s. **Johanskraut**: quoniam desinit, et apparet a festo D. Ioannis, abditque rursum in terram se. Id ita habere, emperico illi lubens crediderim. Tametsi me non fallat, alios inter Cōsolidas hanc referre: & item alios inter Portulacas, ex quibus est Theobaldus noster Fettichius.

The. Fettichius.

T E M P E R A M E N T V M.

Vires habet resoluendi.

D Minor calida est, & sicca, ut inquit Vigonius.

I V V A M F N T A.

Hæmorroides exterunt, & maior, & minuscula, tam illitæ quam potæ. Maiore etiam, rubedo faciei depellitur ea, quæ lepræ quendam aspectum habet.

Puluis radice Maioris, melli intritus, uel pollini farine triticeæ mixtus, cum optimo uino ueteri, simulatque glutitus, si mox in lecto decubas, primum sudores eliciet, inde schrophulas, quæ in collo apparent, uel in interioribus partibus ani.

R E M E D I A Mediæ Schrophulariæ.

Media uulneraria hæra est: nam uulnera recentia præsentissime glutinat & consolidat.

Proinde sanguinem sistit illius succus.

Et coniecta in ollam, in qua carnes deferuent & frixantur, facit crescere carnum frustra concisa.

Certe emperici ad muliebria pudenda constringenda, quo uirginitatem restaurent corruptis, ea utuntur.



*Artemisa vulgaris
Spring hist. 1.314*

Kuchenschell. Sackekraut. 1537. 217

OTHO BRVNNFELSIUS.

CONSTITVERAMVS ab ipso statim operis nostri initio, quicquid esset huiuscemodi herbarum incognitarum, et de quarum nomenclaturis dubitaremus, ad libri calcem appendere, & eas tantum sumere describendas, quæ fuissent plane uulgatissimæ, adeoq; & officinis in usu: uerum longe secus accidit, & rei ipsius periculum nos edocuit, interdum seruiendum esse scenæ καὶ καίρω λατρεύειν, quod dicitur. Nam cum formarum deliniatores & sculptores, uehementer nos remorarentur, ne interim ociose agerent & præla, coacti sumus, quamlibet proxime obuiam arripere. Statuimus igitur nudas herbas, quarum tantum nomina germanica nobis cognita sunt, præterea nihil. Nam latina neq; ab medicis, neq; ab herbarijs rimari ualuimus (tantum abest, ut ex Dioscoride, uel aliquo ueterum hanc quiuerimus demonstrare) magis adeo ut locum supplerent, & occasionem præberent doctioribus de ijs deliberandi, q̄

C ut catalogum nostrum explerent, quem oportebat esse notissimum.
De prima hac ab empiricis id compertum habemus, quod uulneraria sit herba.

Secantur folia eius non sine acore quodam, ita ut oculos quemadmodum allium, aut cepe feriant. Illa quoque per alembicum destillata, aquam uulneribus mundificandis, curandisque utilissimam praestant, quae & putridam carnem erodant.

Gauchblum.




D
Candollea pulchra
Spring. hist. 1.314
Sm. p. 3. 189

1537.218

Incognita ueteribus haec haerba, tametsi passim in Germania nascens.
Pedicularem sunt qui uelint, quod pedibus inimica, illos pellat, dum
eius lixiuio caput lauatur.

A



Rhapsodia

Capillus Veneris

XXXVIII.

Maurut.

*Asplenium nuda muraria
Spring. bot. 1. 314
C. 13. 356
Sm. fl. 4. 310*

1537.219

DE CAPILLO VENERIS
NOMENCLATURA

Græca, ἄδιαντον. πολύτριχον. τρυχομανίς.

Latina, Capillus Veneris, Coriandrum putei, Capillus porcinus.

Germanica, Mauruten. Steynruten.

VETERRVM AVTORVM
placita, de Capillo Veneris.

ADSSERTIO CAPILLORVM
Veneris, ex Dioscoride lib. 2.

ADIANTON pusilla gerit folia, similia Coriandri, ferrata. Cauliculi quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: folijs Filicis, admodum exilibus, radice superuacua. Neq; caulem, neq; fructum, neq; florem profert.

THEOPHRASTI historia de Adianto lib. 7. cap. 13.

Adianti, id est, Capilli Veneris, foliū in aqua nunq̄ madescit, nec quicquā adhæsisse humoris constat: unde & nomen herba accipit. Genera eius duo, Candidum, atq; Nigrum. Ambo ad defluuiū capillorum utilis, oleo trita. Nascuntur maxime locis humidis.

PLINIANA ADIANTI AD-
sertio lib. 22. cap. 21.

Aliud Adianto miraculum. Aestate uiret, bruma non marcescit. A quas respuit perfusum, mersumq; sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur: unde & nomē a Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon uocant, alij Polytrichon: utrūq; est ab affectu. Tingit enim capillum, & ad hoc decoquitur in uirto, cum semine apij, adiecto oleo copiose, ut crispum densumq; faciat. Defluere autem prohibet. Duo genera eius, candidius, & nigrum breuiusq;. Id quod maius est Polytrichon, aliud Trichomanes uocāt. Vtrūq; ramuli nigro colore nitent, folijs Filicis

B

C cis, ex quibus inferiora aspera & fusca sunt, omnia autem contrarijs pediculis densa inter se ex aduerso: radix nulla, umbrosas petras, parietumque aspergines, ac fontium maxime specus sequitur, & saxa manantia: quod miremur, cum aquas non sentiat. Calculos e corpore mire pelit, frangitque, utique nigrum. Qua de causa, potius quam quod in saxis nasceretur, & a nostris Saxifragum appellatum crediderim.

MARCELLI VERGILII AN-

notatio in Adianto, & de ratione nominis quaedam.

Coronat interiores puteorum parietes, & fontium margines Adiantum: & quasi sitiens, quas tamē odit & respuit, pronus quærit aquas. Non aliter quæ qui opes sedulus continue quærit, & inuentis miser abstinet. Miraculum in eo Plinius id iactat: quasi non multa alia passim uideant, quæ naturali corporum dissociatione, misceri simul quacunque etiā illata ui nequeunt. Ex eo nominis illi causa est, quæ duobus uersiculis in Theriacis suis Nicander tradidit. Ea est huiusmodi. ἀχραῖς ἐπ' ἀδιάντων ὄν ὄνκ ὄμβροιο βανέντῳ, λεπάλιν πίπουσα νοτῖς πετάλοισιν ἐφίξει. Quod est, Purumque Adiantum, in quo nec descendente imbre, minimū e cælo cadens stillicidium folijs insidet. Docuit idem Theophrastus, s. de Plantarum historia, τὸ τε ἐπὶ τοῦ ἀδιάντου συμβαῖνον. οὐδέ γὰρ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βρεχόμενον, οὐδέ ἐπίδηλον ἐστὶ, διὰ τὸ πῶ ὅτιαν μὴ ἐπιμένειν ὄθεν καὶ ἡ προσηγορία. Quorum sensus est. Et quod in Adianto accidit. Neque enim madet folium eius aqua conpersum, neque humoris aliquod in eo uestigium remanet. Vnde & nomen illi factum est. Plinius etiam. 22. uolumine, ca. 21. Aliud Adianto miraculum. Aestate uiret, Bruma non marcescit, Aquas respuit perfusum: mersumque sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: unde & nomen a Græcis. Omnium græcorum, latinorumque eadem in nominis origine ratio & sententia est. Vox ipsa etiam indicat. Neque enim Adiantum aliud est, quæ quod ὄν διαίνεται, id est, non madescit. Testatus idem Plinius est Polytrichon, & Callitrichon Adiantum dici: sed diuersa ratione. Polytrichon quidem, quia capilli defluuia explet. Callitrichon autem, quia eos tingit, & speciosiores reddit: utrunque enim effectum habet. Theophrastus nihil ultra, quæ χρήσιμα εἶναι ἀμφοτέρω πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῶν τριχῶν ἐν ἔλαιω τριβόμενα. Quod est. Vtilia ambo genera eius esse ad explendum capillo caput ex oleo inuncta. Sequitur appellationes has Trichomanes, quæ secundo generi, de quo mox agendum erit, priuatim competit. Succedit illi etiam quæ in cunctis græcis pariter legitur, Ebenotrichon: ex qua nos credimus in latinis factum nomen, quod in cōmuni usu est Capillus Veneris. Id in antiquioribus inuentum hæctenus a me non est. Dico autem antiquiores, Theophrastum, hunc ipsum, Plinium, & his æquales alios. Ideoque oborta suspicio est, ex corrupta uoce illa Ebenotrichon, Veneris Capillum factam fuisse. Be enim syllabam, græci, ut pronunciant. Facilisque potuit lapsus esse ab audito Euenotricho, in Veneris trichas, id est, capillum. Suspicionem tamen hanc, non decretum uolumus esse. Alioquin ex Ebena, quæ nigro colore est, factum id nomen fuit: & ad Adianti Trichomanisque nigros coliculos translatus. Neque enim aliud Ebenotrichon quæ Ebeni capillum, id est, nigrum, & quali colore Ebenus est, significat. Cæteræ Adianti appellationes quæ in Dioscori. leguntur, satis certam habent causam & originem: ideoque a nobis relinquuntur. Sed non relinquenda quæ Theophrastus eodem libro retulit. γίνετ' αὐτοῦ δύο, τὸ μὲν λευκόν, τὸ δὲ μέλαν. χρήσιμα δὲ ἀμφοτέρω πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῶν τριχῶν ἐν ἔλαιω τριβόμενα. φύσθαι δὲ μάλις πρὸς τὰ ὑδρηλά, ὡς δὲ οἴονται τινες, καὶ πρὸς σραγγοῦριαν τὸ τριχομανεῖ ποιῖν, ἔχειν δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ, τῷ μέλανι. φύλλα δὲ μικρὰ, φόδρα καὶ πικνὰ καὶ πεφικνότεα κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλων. ρίζα δὲ ὄνκ ὑπέσι. χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. Quorum summa hæc est. Genera autem eius duo. Alterum quidem candidum, alterum nigrum. Vtrunque tamen explendis in capite capillis utile: in quem usum ex oleo confricatur. Nascuntur aquosis locis, & ut opinantur multi, facit ad uessicæ stillicidia quod Trichomanes uocatur: habetque caulem nigro Adianto similem: folia parua, densaque, contrarijs inter se pediculis pendentia. Radix illi nulla est: amatque umbrosa loca. Et hæc pro Adianto & Trichomane Theophrastus: quæ a Plinio ipsdem fere uerbis reddita sunt quo diximus loco, longe diuersa ab his quæ Diosco. tradit: qui Adiantum Coriandri folio describit: neque in eo candidum aliquod genus numerat, sed nigris coliculis & hoc & Trichomanes describit. Sed nec Theophrastus etiam in qua parte candidum id genus sit, retulit. Verumtamen ut obseruasse licuit, & ex his quæ Theophrastus indicat, totius generis nomen Adiantum est. Idque statim diuiditur in candidum, & nigrum. Vocaueruntque candidum, quod comparatum alteri albicantibus folijs sit. Quod enim ad coliculos pertinet, totum ge-

Polytrichon.
Callitrichon.

D

Ebenotrichon.

nus nigros habet: in candido tamen augmentibus se coliculis continue minus nigrescunt, desinuntque in summo colore uiridi. Sed certius discrimen in folijs est, quæ in nigro minora, pennata, & Filicis modo disposita sunt: in candido qualia in Coriandro, incertis interuallis prodeuntia, & in extremitatibus incisuris diuisa. Longius itidem candidum nigro est. Hancque rationem secutus Plinius ait, Duo genera eius, candidius, & nigrum breuiusque. Id quod breuius est, Polytrichon, aliqui Trichomanes uocant. Quæ tota est huius scriptoris historia: qui primo candidum hoc Adianti appellatione, mox nigrum Trichomanis indicat. Non est difficile utrumque inuenisse. Sed quoniam frequentius illud nascitur, habetque easdem huic uires, ideo notius & in frequentiore usu: idque tantum Veneris Capillum nunc uocant. Facillime in Dioscor. omnia intelliget, qui oculatus testis, fide sensus ad ea utetur. Neque enim dubitare poterit, qualia in Adianto Coriandri folia dicantur: & quomodo *ἰπ' ἀκρον ἐχισμίνος*, quæ alij interpretes, serrata & cacuminibus diuisa dixerunt. Cum tamen impares foliorum incisuræ sint, & aliter sectæ quæ in serradentes: neque in cacuminibus tantum, sed undique per extremitates diuidantur. Credimusque nos, quod in Adianti folijs legitur, Filici similia abundare, & ex altero genere ad historiã huius translatum esse. ideoque uitæ nota eo loco adiecta est. Nihil enim Filicis folio Adiantum hoc simile habet: neque si tota folia, aut earum segmenta inuicem compares. Fuerat ob eam causam animus, duas, tresue illas uoces tanquam inutiles relinquere: sed in cunctis græcis latinisque inuentas seruauius: præsertim dicente Plinio, Vtriq; ramuli nigro colore nitent folijs Filicis. Verumtamen, ut paulo ante præmonstrauimus, non possunt simul Coriandro & Filici eiusdem plantæ folia comparari, Suspicatiq; sumus, & adhuc suspicamur, non esse integrã primã huius capitis partem: perijssesque uoces aliquas, quæ certiorẽ totius Adianti historiã facerent: & quæ nunc tam incerta leguntur, reliquias illius esse: quæ truncæ intellectum miscent, coguntque legentes, incertis animis inter Adiantum & Trichomanes esse. Sed qualẽ nos diximus paulo ante, ut credimus, utriusque historia est. Adianti appellatione in toto hoc genere antiqua medicina usa semper est: et quæ generis ea uox est, et quæ omnis Adianti eadem uires ad omnia sunt. Paulusque Aegineta cum de Adianto egisset, de Trichomane nihil tradidit, præfatus, in Adianto dictum de eo fuisse.

NEOTERICORVM placita,
de Capillis Veneris.

MESVE de Capillis Veneris.

Capillus Veneris dicitur apud quosdam, Capillus fontium. Et dicitur, Capillus hominis nemoralis. Et ab alijs dicitur Coriandrum putei. Et est herba, cuius folia sunt similia folijs Coriandri, uiridia, & tenuia: cuius stipes est in longitudine, circiter medium: & sunt sicut pili porcini: & sunt in colore intra rubedinem, & nigredinem, sed magis declinant ad nigredinem, & proprie iuxta radicem eorum: & quanto magis procedunt, ad nigredinem declinant: & sunt sine floribus: & eorum ortus est in fontibus & in puteis.

PANDECTARIUM.

Stephanus de Capillo Veneris. Ab antiquis uocabatur Adianthon, siue Polytrichon: ut patet per Dioscoridem, et per Alexandrum. Unde omnia illa, scilicet Capillus Veneris, Adianthon, & Polytrichon accipiuntur pro eodem: quia omnia hæc nomina quæ in trichon desinunt, capillum sonant: inde thris græce capillus, thrice capilli: unde Gallithricum, Polythrichon, & Adianthon, omnia illa ab effectu idem sunt.

Bellæ græcæ.

SIMONIS GENVENSIS.

Moderni distinguunt diuersas herbas per hæc nomina. Aliam scilicet per Capillum Veneris, aliam per Adianthon, aliam per Adiantum, quamuis tres primæ species, proximæ uirtutis sunt.

IUDICIUM NOSTRUM.

Vides Lector, ueterum descriptionem non conuenire cum ea quam hodie monstrat offi-

C cinæ Veneris Capillum, proinde neotericos etiam pugnancia dicere: ut nihil minus etiam hodie cognoscamus, quæ uerum Adianthon. Vnde apparet potius Saxifragiæ speciem esse Capillum Venereum hunc, quod & Plinius etiam innuit, quam nos hodie ex muris & parietinis iactamus, quæ capillum Veneris: tamen quando alia ad manum non suppetebat, uulgatam adpinximus, donec aliam demonstraerimus.

E L E C T I O E T P R O B A T I O

melioris ex Mesue.

Meliores sunt qui uiridia habent folia, qui uberiores sunt secundum omnes partes plantæ ipsorum. Subtiles uero & generales, & declinantes ad citrinitatem, non habent spiritum.

T E M P E R A M E N T V M E I V S E X

Auerroi, & Galeno.

Galenus. 6.
simpli. cap. 7.

Custaralber, id est, Capillus Veneris, dicit Galenus, quod temperatus est in suis uirtutibus primis: quamuis habeat multas operationes secundas, & tertias. Quarum quædam sunt confortatiuæ, & repercussiuæ: quædam dissolutiuæ: & quædam faciunt nasci capillos: & quædam dissoluunt schrophulas: & quædam quæ frangunt lapides.

V I R E S eius & iuuamenta ex DIOSCORIDE.

Decoctum herbæ potum, prodest spirandi difficultati, suspiriosis, lieni, & felle suffulis, & urinæ difficili.

Calculos frangit.

Aluum sistit.

D Serpentium moribus auxilio est.

Contra stomachi fluctiones in uino bibitur.

Secundas ciet & menstrua.

Sanguinis reiectiones inhibet.

Contra serpentium morsus crudum illinitur.

Alopecias densat.

Strumas discutit, furfures in facie, & manantia capitis ulcera ex lixiuio emendat.

Defluentes capillos continet, cum ladano & myrtino, & fusino, aut hyssopo, uinoque.

Decoctum eius cum lixiuio & uino infusum, idem præstat.

Coturnices, & Gallinaceos pugnaciores facit, in cibos eorum additum.

Seritur gratia utilitatis pecorum.

In speluncis, umbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

E X M E S V E.

Solutione educunt choleram & phlegma, & humores grossos & inbitos. Et mundificant pectus & pulmonem, & educunt materias contentas in eis, & mundificant sanguinem, & pulmonem, & clarificant colorem, et faciunt acquirere bonitatem anhelitus, & mundificant stomachum & uentrem, & hepar, & conferunt dolori eorum. Et sunt medicina bona opilationum hepatis, & splenis, & lictericæ, & proprie ægritudinum

omnium opilationum: & proprie infusio eorum in aqua Apij, & Endi-
uiæ, aut in aqua Cicerum nigrorum, aut in aqua feminum quatuor, aut
in aqua lactis proprie: & delent cum oleo chamomillino schrophulas.

Et ualet syrupus eorum pleurisi, & peripleumonix, & sunt prouoca-
tium urinæ.

Et usus decoctionis eorum frangit lapidem, & purgat matrices foeta-
rum, & hoc de posse eorum, & hoc quod pertinet ad eos de partibus ca-
lidis eorum. Sed ex parte caliditatis prohibent cursum materiarum, &
abscindunt sanguinem, & confortant stomachum & uentrem. Et prohi-
bent casum capillorum, & confortant radices eorum. Imo faciunt eos cres-
cere, & multiplicari eos locis ubi oportet, & proprie cum oleo myrtino,
aut oleo Laudani, & uino stiptico. Et puluis eorum etiam adustorum, fa-
cit similiter. Et abluitur etiam ex decoctione ipsorum cum uino caput, &
abscindit furfures. Et simile fit ex cinere ipsorum. Et cinis ipsorum sa-
nat fistulas lachrymales.

Serapion ca. 3

D O S I S.

Potio decoctionis ipsorum, quando queritur per ipsos solutio per uen-
trem, est circiter libram unam.

EX IOANNE VICONIO.

Capillus Veneris, est frigida & sicca temperata nature. Habet uirtu-
tem diureticam, ualetque spleneticis & hepaticis. Et succus eius cum succo
Abrotani, & Altea, & mucillagine Nasturtij, Schrophulas resoluit, &
in Alopecia capillos resoluit.

B

RECTIFICATIO ex Mesue.

Non est in eis malicia, debiliter tamen purgant: sed confortant opera-
tionem eorum uiolæ .s. cassia fistula, & tereniabin: & infusio eorum in
aqua casei uigorat eos in soluendo. Decoctionem autem modicam sustinet.

A V T O R E S.

Dioscorides libro. 2.

Plinius lib. 22. cap. 21.

Serapion. Mesue.

Simon Ianuensis.

Pandectarius.

Ioan. Vigonius.

Theophrastus lib. 7. cap. 3.

M. Vergilius.

Herm. Barbarus.

Auerois quinto Colliget.



Hyoscyamus niger, L.
C. B. 167
mill. dict.

1537.224

Bylsamkraut.

¶ De Hyoscyamo, Rhapsodia XXXIX.

¶ NOMENCLATURA

Græcæ, ὕσκιαμος. λίσκιναμος. πυθώνιον. ὑπνοτικός.

Latinae, Hyoscyamus. Herba Apollinaris. Faba sicca.

Teutonicæ, **Bylsamkraut.**

HYOSCYAMON græci uidentur appellasse, hoc est, Fabam A
 suillam, propterea, quod, ut Helianus ait, pastu eius herbe, resol
 uantur & conuellantur apri. Sed remedium nouere. Aquas em̄
 statim adeunt, & cancos uenantur, atq; ita protinus salutē restituuntur.

ΕΙΣ ΗΥΟΣΚΥΑΜΙ ΣΕΚΥΝΔΥΜ ΔΙΟΣΚΟΡΙΣ

DE M libro Quarto.

Frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta. Flores e latere caulis ordine prodeunt, tanq; punicorum Cytini, scutulis septiseminum plenis, ut Papaueris. Tres eius differentia. Vna semine nigro, floribus pene purpureis, simlaccis, folijs cytiniis pceduris, & spinosis. Alterius semen subflauum, ut Irionis. Flores lutei, folia & siliqua simpliciore. Ambo insaniam gignunt, & soporem. Ideo in communi usu damnantur. Tertium genus, ut quod mitissimum esset, medici recepere, pingue, lanuginosum, molle, candidi floris, seminiscq; in maritimis ruderibusq; nascens. In cuius deficientis uicem, ruffum usurpari oportet. Niger ut deterrimus, improbatur.

DE COLLECTIONE eius & V S V.

Colligitur ex tenero semine, folijsq; et coliculis succus. In quem usum tunduntur omnia, expressusq; in sole siccatur succus. Verum non nisi anno uno duntaxat durat. facillime enim putrescit. Colligitur etiam priuatim succus, idq; ex semine tm̄ iam sicco, adfusa cū tunditur calida aqua: deinde contusis omnibus & expressis. Est aut sic expressus succus priore B
 illo innocentior, et ad arcēdos somno dolores presentior. Ipsa etiam tunduntur folia, insperfaq; ex trimestri tritico farina, in pastillos cōformantur, & conformata, seruantur.

DE eius TEMPERAMENTO.

Et flos, & semen albi, ex tertio sunt ordine refrigerantium, siccantium uero secundo.

V I R E S E T I V V A M E N T A

Succus ille utilis est, ad arcēdos somno dolores.

Vtilis & contra acres, calidasq; in oculis destillationes, dolores auriū, & muliebrium locorum uitia.

Cum farina autem, polentaue, contra podagras.

Oculorum dolores, emplastri modo impositum lenit.

Facit ad eadem & semen.

Miscetur utiliter & alijs, quæ ad arcēdos somno dolores conficiuntur, cataplasmatibus.

Recentia autem folia emplastri modo imposita, omnium aliorum remedium, efficacissime dolores omnes necant.

Radice eius utiliter in dolore dentes colluuntur, decocta, & tenta.

Aurium dolorem mirabiliter mitigat.

Omnes facile tumores pellit, & sedat, pedum, inguinum, testicularū, pectinis, & femorum.

C

N O C V M E N T A eiusdem ex Diosco
ride libro Sexto .

Pota in cibo, potuue sumpta Apollinarts herba, ebrietati similem a
mentiam facit .

Ferūt pręterea, si quis ulcus in crassiore intestino, quod uocāt Colon,
habuerit, eiꝫ per clysterem infuderit, eandem fieri insaniam,

R E M E D I A .

Succurritur ex ea laborantibus aqua mulsa, & lacte, in primis uero asi
nino: sin minus, caprino, buboloue. Profunt, & pinei nuclei, uel cucume
rum semina cum passo sumpta.

Salsum pręterea uinum, cum recenti suillo adipe datur, & passo.

Item Vrticę semen, Cichorium, Sinapi, Nasturcium, Raphani, Ce
pe. Allia, singula cum uino sumpta .

Quies quoꝫ imperanda est ijs, ut potum uinum somno concoquant.

E X P L A T E A R I O .

Obserua, cū in receptione reperit Hyoscyamus, ore recipienda, ponen
dum est semen: si exterius, herba. Maioris autem efficacię sunt semina.

Ad somnum prouocandum in acuta ægritudine, talis sit usus. Fiat fo
mentum ex aqua decoctionis illius herbę, circa pedes & frontem, & tem
pora, & fiat ablutio prius. Postea fiat hoc emplastrum . Subtilis seminis
eius cum albumine oui, & lacte muliebris, & cum modico confice aceto,
& fronti & temporibus apponatur .

D Ad lachrymas cōstringēdas, facit idē emplastrum cū modico olibani.

Contra calida apostemata, in principio fiat emplastrū ex ipsa herba tri
ta, & superposita, uel ex semine eiusdem, & oleo rosarum.

Contra diffuriam fiat emplastrum ex semine eius, & albumine oui, &
modico aceto: super pectinem & renes ponatur .

Ad dolorem ex calida materia subitum medicamen . Herba ipsa trita
aliquantulum, & superposita, dolorem tollit.

Experimentū Ad dolorem dentium super carbones ponitur, ut fumum recipiat pa
tiens per os, idꝫ per cannam: inde aqua abluuntur dentes .

Seruatur semen ipsum ad decennium .

A V T O R E S .

Dioscorides libro quarto, & sexto .

P L A T E A R I V S .



A

*Mentha pulegium, L.
C.B. 222
Sm. H. 3. 8)*

B

Poley.

1537. 22)

DE PULEGIO Rhapsodia XLII.

IN NOMENCLATURA

Græcæ, γλήχων. γαλίσοφο. βλήχρον.

Latinae, Pulegium.

Germanicæ, Poleyent.

QUOTIDIANVS Pulegiū olim ueteribus in sanitatis usu
cibus; unde in sale seruabatur, aliorum salgamorum modo, ut au-
tor est ultimo operis sui Columella. Nota passim herba,

COROLLARIUM HERMOLAI BARBARI
de Pulegio.

Pulegium, ipso brumali die germinat in carnarijs, refloretq; Ramulis etiam a parente ab-
iunctis ut Scylla. Nascitur hoc etiam non satum. Semel uero satum, diutina ætate durat. Ma-
gna cum Nepeta & Mentha Pulegio societas. Fœmina in eo efficacior, florem habet purpure-
um, Mas candidum, Vtriusq; recens incensus pulices necat; unde nomen Pulegio. Habetur &

C Pulegium syluestre, Origano simile, folijs minoribus q̄ satium, & a quibusdam uocatur Dictamnus: occasione hinc orta, Dictamnū Creticam Pulegium syluestre nominantiū, Pulegium gr̄ci Glecona, & attice Blechon, sed & Blechon quoq; uocāt, ut inquit Dioscorides. Ego Blechon Hippocrati, pro legumine quodam accipi uideo apud Galenum. Pulegium (ut dixi) brumalis herba dici potest, quemadmodum & solstitialis aliquę dicuntur. Plinius, Condurdon inquit, solstitialis herba, flore rubro, suspēsa in collo cōprimit strumas. Plautus q̄q; in Pseudulo. Quasi solstitialis, inquit, herba paulisper fui, Repente exortus sum, repentino occidi.

Temperamentum P V L E G I I.

Calefacit, & attenuat, & decoquit uehementer. Quamobrem ex thoro-
race & pulmone, humida, crassa, glutinosaq; facile facit exspuere.

V I R E S eius & iuuamenta ex D I O S C O =

R I D E libro tertio.

Menstrua, secundas, ac partus eiicit.

Pulmonis uitia ex melle & aloe potum extrahit.

Conuulsis auxiliatur.

Nauseas, stomachicq; intercisiones, ex posca permulcet.

Atram bilem per aluum exigit.

Bibitur in uino utilissime contra serpentium morsus.

Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectum.

Gingiuas arefacti cinere corroborat.

Illitum cum polenta, inflammationes omneis sedat.

D Podagris per se subuenit, impositum usq; dum rubescat locus.

Cum cærato uaros extinguunt.

Lienosis cum sale utiliter illinitur.

Decoctum eius ablutas pruriges mitigat.

Conuersas uulvas corrigit.

Contra inflatiōes duriciasq; uulue, in defessiōes conuenientē adijcitur.

Ex P L I N I O lib. 20. cap. 12.

Magna societas Pulegio cum Mentha, ad recreandos animo defectus, cum surculis suis in ampullas uitreas aceti utrisq; deiectis.

Qua de causa dignior e Pulegio corona uertigini, q̄ e Rosis, cubi-
culis nostris pronunciata est.

Nam & capitis dolores imposita dicitur leuare.

Quin & olfactu capita tueri contra frigorū æstusq; iniuriam, & ab siti traditur: neq; æstuarē eos, qui duos e Pulegio surculos impositas auri-
bus in sole habeant.

Illinitur etiam in doloribus cum polenta & aceto.

Fœmina efficacior. Est aut hęc flore purpureo: mas candidum habet.

Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet.

Sic & pectoris, & uentris dolorem.

Stomachi aut ex aqua itē rosiōes sistit, et uomitiōes cū aceto, et polēta.

Intestinorum uitia melle decocta, & nitro sanat.

Vrinam pellit ex uino, & si Aminęum sit, et calculos, & interiores o-
mnes dolores.

De Pulegio
fœmina.

Ex melle & aceto, sedat menstrua, & secundas. Vulvas conuersas cor- A
 rigit. Defunctos partus eijcit.

Semen obmutescens, olfactu admouetur.

Comicialibus in aceto cyathi mensura datur.

Si aquæ insalubres bibendæ sunt, tritum inspergitur.

Salsitudines corporis, si cum uino tradatur, minuit.

Neruorum causa, & in contractione cum sale, & aceto, & melle con-
 fricatur opisthotono.

Imbibitur ad serpentium ictus decoctum, ad scorpionum cum uino tri-
 tum, maxime quod in siccis nascitur.

Ad oris exulcerationes, & ad tussim efficax habetur.

Flos recentis incensus, pulices necat odore.

Xenocrates Pulegij ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessio-
 nem olfactandum dari, aut stragulis subijci, & ita collocari ægrum, in-
 ter remedia tradit.

Remedia Pulegij syluestris ex eodem P L I N I O.

Syluestri eadem uis efficacior est: quod simile in Origano, minoribus
 folijs quæ satium: et a quibusdam Dictamus uocatur. Gustatū a pecore,
 caprisque balatum concitat. Vnde quidam Græci literas mutant, Blech-
 on uocauerunt. Natura tam feruens est, ut illitas partes exulceret. In tussi,
 & perfrictione fricari ante balnea conuenit, & ante accessionum horro-
 rem. Conuulsis, & torminibus, podagrisque mire prodest. Hepaticis cum
 melle & sale bibendum datur. Pulmonum uitia execrabilia facit. Ad lie- B
 nem cum sale utile est, & uesicæ, & suspirijs, & inflationibus decoctum
 succo æqualiter. Et uulvas corrigit. Priuatim ualet contra omnem mor-
 sum. Radix contra incrementa ulcera. Recens potentissima. Arida uero
 cicatricibus decorem affert. Item Pulegio est Nepetæ societas.

E X P L A T E A R I O.

Pulegium est calidum & siccum in tertio gradu. In tempore florū col-
 ligitur, & per duos annos seruatur. Folia cum floribus abiectis stipiti-
 bus in medicinis ponuntur.

Valet contra frigidum reuma facta sacellatione capiti ex Pulegio.

Gargarismus factus ex aceto decoctionis Pulegij, & ficuum siccarum,
 humiditatem uuæ & gingiuarum desiccet.

Vinum decoctionis eius, & ficuum siccarum, ualet contra frigidam tussim
 ex glutinoso humore, uel aquoso.

Id uinum ualet etiam dolori stomachi & intestinorum, ex causa frigi-
 da. Similiter & emplastrum ex eo in uino decoctum.

Fomentum factum ex aqua decoctionis eius, humiditatem matricis de-
 siccet, & uulvam mirabiliter coarctat. Hoc fomento utuntur mulieres sa-
 lernitanæ.

C

D E C A T A P V C I A,

Rhapsodia XLI.

N O M E N C L A T V R A E

Græcæ, λathyris.

Latinæ, Catapucia. Lathyris. Granum regis. Sponsa solis.

Germanicæ, Sprinckdömer. Scheystömer.

P. C O L L I N V C I V S de

Catapucia.

CA T A P V C I A est herba, quam uulgus per hæc tempora nunc Cazzapuzolam, nunc Guardalhortum uocant. Proprium uero eius nomen Lathyris, cuius quarto uolumine Dioscorides, & 27. Plinius & uires & figuram scripserunt.

Historia Catapuciæ ex Dioscoride libro quarto.

D

LA T H Y R I S, quam aliqui Tithymalum appellant, eamque Tithymalorum numero adscribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digitali crassitudine, inanem. Gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuiora. Quæ autem in summis ramulis exierunt, minora conspiciuntur, Aristolochiæ, aut oblongæ Hederæ figura. In cacumine fructum summis surculis gerit, triplici conceptaculo insignem, rotundum, ceu Capparin, in quo grana intercurfantibus membranis distincta continentur, Eruis maiora, rotunda, quæ dum corticibus exuuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Nullus radicis usus. Totus frutex lacteo succo turget, uti Tithymalus. Grana sex, aut septem in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aluum purgant. Sed aqua frigida postea sorbenda. Trahunt autem bilem, pituitam & aquas. Succus Tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. In gallinaceo iure, aut oleribus folia decoquuntur ad eosdem effectus.

Sententia S I M O N I S I A N V E N S I S,

& Autoris Pandectarum de C A

T A P V C I A.

Catapucia
duplex.

Catapuciæ duæ sunt species. Nam est maior, & minor. Maior est sicut arbor ficus, licet minora folia eius, similia folijs Platani. Semina eius stant in arbore, sicut uuæ. Minor habet hastam duorum palmorum &

inanem : folia similia amygdalis, sed longiora : semina eius in cacumine
uirgæ rotundum, de foris nigrum, de intus album. Sunt enim ambæ qua
si eiusdem complexionis & uirtutis, scilicet calidæ in tertio, & humidæ
in primo : uirtutemq; habent, purgandi Phlegma principaliter, deinde
Cholera & Melancholiam.

D E P E N T A P H Y L L O
Rhapsodia XLII.

INOMENCLATURAE.

Græcæ, *πεντάφυλλον.*

Latinae, *Quinquefolium. Pentaphyllon. Mercurij Herba.
Pentadactylus.*

Teutonicae, *Fünffingerkraut.*

PLACITA AVTORVM,
de Quinquefolio.

B

R H I S T O R I A D I O S C O R I
dis, de Quinquefolio.

RAMOS FER T furculaceos, tenues, palmi magnitudi
ne, in quibus semen : folia Menthae, quina, singulis pediculis, raro plu
ra, in ambitu serrata : florem in luteo pallefcentem, interdum auri æmu
lum. Nascitur in riguis, & aquarijs ductibus. Subrubram habet radi
cem, oblongam, Veratro nigro crassiore.

T H E O P H R A S T I
historia, de Quinquefolio, libro
nono, capite decimoquarto.

Quinquefoliæ, siue Quinquepetæ radix, nam etiã hoc nomine appel
latur, cum effoditur rubra est, inarescens uero nigrescit, atq; quadratur.
Habet folium Vitis, sed pusillum, & colore simile uirgineo, & auge
tur, & desinit cum Vite. Folia omnia quinque, unde & nomen. Caules
prætenues mittit, & crebris internodijs constat.

Vide supra
fol. 96. quò
modo hæc
omnia Tor
mentillæ re
spondent.

C **PLINIVS DE QVINQVEFO-**
lio lib. 25. cap. nono.

Quinquefolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur. Græci uocant Pentapetes, Chamæzeleon, siue Pentaphyllon. Cum effoditur, rubram habet radicem: hæc inarescens, nigrescit, & angulosa fit. Nomen a numero foliorum habet, & ipsa herba incipit & desinit cum Vite.

Historia APVLEII de eadem.

Græci Pentaphyllon uocant, alij Pentapetes, Itali Quinquefolium. Nascitur locis pratensibus cultis, & mundis, gustatu aspero, lacte molli. Folia Mentham referunt, singulis sæpius quina. Flore pallido, radice longa, atq; subrubra.

I V D I C I V M N O S T R V M.

Vides sibi pugnare Theophrastum, Pliniū, & Apuleium, proinde & officinas hodie dissentire ab singulis, ut necesse sit aliquos hic labi: illi uero qui sint, ex controuersia inter Leonicenū, & P. Collinuciū, facile licebit dijudicare, quas subiecimus. Tu cui palma debeat, ipse conijcito.

NICOLAI LEONICENI iudicium, de eo loco

Plinij, quo describit Pentaphyllon.

D Simili errore Plinius Pentaphyllon, atq; herbam fraga ferentē, pro eadem accæpit, ac Pentaphylli notas, simul ac uires, eidē herbæ, præter Pentaphylli nomen, censuit adscribendas. Sic em̄ lib. 25. de Pentaphyllo retulit. Pentaphyllū nulli ignotū est: cum fraga quoq; gignendo cōmendet. Existimarem tamen in re tam nota, esse codicis potius, q̄ Plinij errorem, ac pro Pentaphyllo, Trifolium legi oportere: quoniam etiam herba quæ fraga gignendo cōmendatur, & quæ nulli ignota est, non quinis, sed trinis constat folijs. Nisi Plinius postea alia nomina græca subiungeret, atq; alia inferret indicia, quæ non sunt alterius herbæ, q̄ Pentaphylli propria.

PLINII defensio per P.

C O L L I N V C I V M.

Egregie defensum a nobis in Heliotropio Plinium, negabit nemo, quod unius omnia interturbantis uerbi uitium, non Plinio, sed codici, ut par erat, tribuimus. Nam & eodem argumento in Quinquefolio, ut ipse inquit, excusare Pliniū, paratus fuerat Nicolaus, nisi delicatus nimis exactor, quod omnia ad numerū opinioni, quā de Pentaphyllo exceperat, non responderent, satisfactum sibi non putauit. Sed tam in Plinio excusando nunc primus ipse, q̄ in accusando (ut semper) errare uisus est. Quod in hoc de quo agimus Quinquefolio perspicuū faciam. In hoc maxime errasse Pliniū Leonicenus credidit, quod Quinquefolium herbam, etiam fraga ferre dixerit. nam quæ fraga fert herba, inquit, non quinis, sed trinis constat folijs. Verum triplici in errore uersari Leonicenum, ante omnia scire oportet. Primum quidem, quod Quinquefoliū illam esse arbitratur, quæ & in hortis, & agrorum limitibus, tum semitis, uisq; passim conspicitur, quæ quidem uulgo, & Quinquefoliū, & Pes Coruinus dicitur. Hanc enim Quinquefoliū esse, de qua ueteres medici loquerentur, affirmasse illū plerisq; constat: cum de nostra hac defensione, deq; sua accusatione sermo forte incidisset. Auulsumq; terra ramulculum (nam & in horto res agebatur) ostendisse, dixissetq; illam Quinq;foliū esse, in qua Plinius tam euidenter errauerit. Deinde, quod per imperitiā herbam fraga ferre posse nullā credidit, nisi eam, quæ trina folia habet, q̄q; melius Trifoliū dici adseuerat, & quā docti, uulgusq; Fragariam herbā noscunt, pariter & appellant. Tertio, quod foliū quid sit, quoque modo accipi oporteat, in saluberrimæ herbæ descriptiōe parū intellexisse uisus est. Adde si placet & quartū (quan

Pes Coruinus Leoniceno est Pentaphyllon,

A

do & ipse minutissima queq; in Plinio carpat) quod fructus hos, siue Quinquefolij siue Trifo-
lij, nō fraga (ut semper Vergilius, & in suo Palemone noster Maro) sed inscite fragra Leonice-
nus appellat. Nos cum Theophrasti, mox Dioscoridis, postremo Plinij, de Quinquefolio di-
cta excusserimus, & uerum esse autorem Pliniū, & calūniatorem esse Leonicenū ostendemus.

Quinquefolij, siue Quinquepennæ radix (lib. 9. Theoph. inquit) cum effoditur, rubra est:
inarefcens uero nigrescit, atq; quadrat. Habet foliū Vitis, sed pusillū, & colore simile uitigineo
est, & auget, & desinit cum Vite: folia oia quinq; unde & nomē. At quarto Dioscor. cū multa
Pentaphylli noīa enumeret, inter quæ & Pentadactylon, et Pseudoselinon, et Quinq;foliū sunt,
Ramos inquit fert tenues, unius palmi, in quibus fructus: folia habet Menthæ similia, quolibet
in furculo quinq; raro uero plura, in circulū sinuatim diuisa, Florem habet cum pallore subal-
bidum (ita enim ochroleucon interpretari posse uideo) radicem subruffam, oblongam, Helle-
boro nigro crassiorem, quæ plurimum in usu est.

Plinius uero quinto & uigesimo, Quinquefolium inquit, nulli ignotum. Cum etiam fraga
gignendo, cōmendetur. Græci uocant Pentapeton, siue Chamæselinon, siue Pentaphyllon.
Cum effoditur, rubrā habet radicem. Hæc arefcens nigrescit, et angulosa fit. Nomen a numero
foliorum habet. Et ipsa herba incipit & desinit cum Vite. De Pentaphyllo igitur, hoc est, Quin-
quefolio hæc habentur. Nullus etiam, quod sciam, his autoribus uetustior, illam pingit, Nam
Galenus eius tantum uires, non figuram aperit.

Primū illud in his satis constat, uulgarem illam Leoniceni Quinq;folium, non esse hanc de
qua agimus. Nam & illi nec flos albidus, nec in furculis fructus, nec radix rubra, nec crassa, nec
inarefcens, aut quadratur, aut nigrescit, nec tritis egressum, digressumq; sequitur, sed perpetuo
uiret. Hæc si quis neget, herbæ ipsius conspektione conuincitur. Sed & illud quoq; liquido con-
stare arbitror, cum Plinij autoritate, tum Dioscoridis pictura, Pentaphyllon hanc nostram, fru-
ctum quoq; ferre: cum etiam fraga gignendo, cōmendari illam scribat Plinius: tum ramos uni-
us palmi tenues, in quibus fructus sint, habere illam Dioscorides referat. Folium uero non es-
se, quale Leonicenus arbitratus est, ex omnium descriptionibus intueri licet. Nam Theophra-
stus folium habere illam Viti simile prodidit, & folia omnia quinq;: Dioscorides uero folia il-
lam sinuatim falcatimue diuisa, quolibet in furculo quinq;. Tum in nominibus Pentadactylon
illam uocat, quo nomine & Cici quoq;, siue syluestre Sesamum cognominatur, cuius folium
palam est Viti simillimum esse: tum Pseudoselinon, quod falsum Apium dici potest.

B

Plinius uero Chamæselinon, quasi humile Apium, eadem uterq; ratione cognominant,
quod & Apium Viti simile quiddam habere uideatur, & folia ad hunc quoq; modum sinua-
ta, a quorū deinceps numero Quinq;foliū, & Quinq;penna dicta est: quod huiusmodi integra
folia, quinq; ab radice emittit: nec foliusculis quinq; (ut quā Pedem coruinū uocari supra dixi-
mus) aut uulgaris Leoniceni Pentaphyllon distincta, sed porrectioribus quinq; (ut ita dixe-
rim) angulis, ad Vitis, Apijq; similitudinē in hunc ferme modū effigiata est. Hæc & Pentaphyl-



1537. 233

lon illa est, quæ Dioscoride autore fructus, edit, quæ fraga ab
Plinio appellantur, cuius eximia a Dioscoride uires Plinioq;
tradunt, quæ in Theriacæ compositionibus additur, quæ pur-
gandis domibus adhibetur, cuius radicē plurimū in usu esse,
Dioscorides dixit. Quæ si Leonicenus noster, acrioribus ocu-
lis inspexisset, nec uilissimā herbam, cuius in medicina nullus
usus esset, pro utilissima & celeberrima demonstrasset, nec in-
tempestiue adeo in Pliniū adlatrasset. Herba uero illa, quæ dis-
tincta tria folia habet, quamq; in Italiæ montib. plurimā & cœ-
nobioꝝ hortis satiuā passim fraga ferre uidemus, suū nomen
habet. Fragaria ab herbarijs, a Plinio Fraga dicitur. Nec uerisi-
mile cuiq; fuerit, hoc loco Quinq;foliū, tot appellationibus,
tot etiā signis demonstrare uoluisse, si Fragariam intellexisset
herbā quæ uulgaris est, et quā ipse fraga in superioribus appel-
lasset. Atq; ideo non simpliciter Quinq;foliū fraga ferre dixit,
sed copulæ etiā scilicet adiectione descripsit, cum cōmendari il-
lam etiam fraga gignendo dixerit: neq; enim etiā augmentem co-
pulā addidisset, nisi & aliā esse herbā, quæ fraga ferret, agno-
uisset: ut quā ipse prioribus uoluminibus indicasset. His illud
adñciendū uidetur (ut minus mirū sit, Quinq;foliū quoq; fra-
ga ferre posse) Fragariam illam nostræ huic Pentaphyllo, de qua agimus, proportionē quadā
similē adeo esse, ut eiusdem generis cum ipsa esse uideatur. Nam & ipsam hæc cōmentantes ob-
seruauimus, radicē subruffam habere, et digito sæpe crassiore, et senescentē nigrescere: tum non

C nisi ramusculos quinque ab radice emittere, raroque plures, in quibus prima illa foliufcula diuidant.
 Duas ergo herbas esse dicimus. Vnam quæ fraga, aut certe fragis similes fructus edat, quæ Pentaphyllon, & Quinquefolium Dioscoridi, Plinioque uocetur, quæque ad medicos usus eximia sit. Alteram quæ uulgaris est, & fraga ferat, nulloque alio, quam fructus ipsius nomine designetur: cuius decimoquinto primi & uigesimi uoluminis capite Plinius meminit. Quod si me interrogas, quid nam & hodie Quinquefolium hanc esse putem, quamue eius appellationem credam? Dicam quid uestigans inuenerim, atque ut nihil unquam decernens, sic nihil reticens, quod studiosorum ingenia ad ueritatis inquisitionem mouere, excitareque possit. Est Venetis in eo uico, quem Specierium uocant, septasiarum cuiusdam non ignobilis taberna, cui pro titulo insignis sit Aethiopsis caput. In ea liber est Herbarius, tanta arte ac diligentia pictus, ut natas paginis illis suis herbas, non effigiatas credas: in eo pictam uidimus huiusmodi prorsus quæ hic diximus signis herbam, folijs quinque, quæ & ipsa quoque ut pinximus, porrectiores angulos, sinuatosque haberent. Sed & fructus, quos Fraga dicas, tum ad ipsam herbam latinum nomen Sanicula, Germanicum Sanickel scriptum est: citanturque inibi, de Sanicula hac scribentes, in Diadymidis Galenus, & Petrus Hispanus is, qui postea summum Pontificatum gessit, & Ioannes uigesimus primus nuncupatus: eum de medicina librum scripsit, qui Pauperum thesaurus inscribitur: tum Ceruiensis Episcopus quidam, & Laudensis Maphæus, & Gilbertus Anglicus, Chirurgi. Ea Sanicula, Pentaphyllon ne sit, cur affirmem non habeo, cur negem non uideo. Hæc habui de Pentaphyllo, Fragis, Sanicula, quæ dicerem, per quæ fateri oportere censeam, non errasse Plinium, sed iucundissimæ herbæ nomen, potestatemque docuisse.

Iudicium HERMOLAI BARBARI de Pentaphyllis.

Pentaphyllon, & Pentapteron in Theophrasto, Theodorus Quinquefoliam, & Quinquepennam conuertit. Aetius hanc Hermubotanem, hoc est, Mercurij herbam uocari tradit. Aegyptij etiam Dissyphi cognominant. Daci Drocila. Itali Psyllitum, Soloram, & Thebeotin: quamquam corrupta puto nomina. Nam & Therumbros, & Theonestron quoque dictam inuenio. Radice cum recens est, rubente: nigra, cum inarescit, quadrangula: folio uitis pusillo: augetur, desinitque cum uite: caulibus tenuibus, crebris geniculis. Nomen a numero foliorum. Quidam Græci Chamæzeleon, quasi fruticem terræ uocant. Commendari Quinquefolium fraga terrestria gignendo, Plinius existimat. Ego id, qui uerum esse possit, non intelligo. Nam herba ea quæ fraga gignit, Trifolia est, non Quinquefolia, flore candido, non luteo, in Rhetis & Vindelicis alpibus, etiamnum frequens secus uias. Hippocrates duo uidetur nouisse Quinquefolia. Candidum, quod & herbaceum, & procerius est a terra. Nigrum, quod humilius. Est & quæ Tormentilla uulgo dicitur Quinquefolio simillima, nisi quod septem, non quinque habet folia. Potest a nobis Heptaphyllon uocari, hoc est, Septemfolia: ex cuius radice pastillos theriacos (si Deus placet) officinæ pro uiperarum carne subiiciunt: quoniam uiperæ modo, ut ipsi putant, nunquam uisuntur.

De ratione nominis PENTAPHYLLI, Annotatio M. VERGILII.

Nouerunt rura omnia Quinquefolium, soloque hoc nomine maxime cognitum ubique in honore aliquo est. Theophrastus, 9. de Plantarum historia non Pentaphyllon tantum uocari sua ætate dixit, uerum Pentapetes etiam, factum ab aliquibus illi nomine a pennis auium, ut credidit Gaza: ut autem nos opinamur, quia in quinque folia se pandit, & extendit. Fecit eadem etiam foliorum forma, ut Pentatomon, id est, in quinque partes diuisum diceretur. Sic Pentadactylon, quod ut in hominis manu quinque digiti sunt, sic in ea planta totidem foliorum diuisiones. Pseudoselinon dictum etiam, quod Apium mentiatur, sitque illi in foliorum sectionibus illis quadatenus simile. Quæ itidem illi a gentibus aliæ appellationes fuerunt, aliquam huiusmodi causam habuerunt. Quales Callipetalon, et Xylopetalon sunt, a foliorum specie & duricie factæ. Quemadmodum uerisimile est, in barbaris illis latere incognitam modo nobis, ex figura, aut uiribus eius rationem aliquam. De radice, folioque eius lib. 9. de plantarum historia agens Theophrastus, addidit, nigrescere Quinquefolij radicem effossam, siccataque. Quod a Dioscoride ideo dictum non est, quoniam satis fore sibi hic scriptor credidit, si qualis ea esset cum foderetur, dixisset. Post id enim tempus medicis certo loco signatam, seruari relinquebat. Adiecit etiam Vitigineum Quinquefolij folium esse, non quantitate (pusillum enim est) sed colore & forma, & quasi naturam Vitis sequeretur, augeri simul, & tabescere cum ea, caules per terram spargi graciles, crebras, habentes, ut ille ait κνήμασ, non crura, sed a cruris humani forma inter duos geniculos interualla, quæ κνήμασ ille, qua diximus ratione uocat. Videndum illud etiam, quomodo hic Menthae, ille Vitis folio Quinquefolium esse dicat. Nobis male inuicem comparari posse plantarum illarum folia inter se uidentur: quemadmodum & floris color in pallido albus, simul & auri flauo colore dici. Hoc tamen non adeo difficile, ut illud. Videmus enim aliquando in pallore hominis utrumque colorem illum,

D

De hac supra folio. 85.

Pentapetes.

Pentatomon.
 Pentadactylon.
 Pseudoselinon.

DE PENTAPHYLLI temperamento.

A

Pentaphylli radix, ut inquit Galenus. s. simplicium, arefacit in tertia distantia. At ne utiquã acuta est, ideo ualde utilis perhibetur. Est namq; partium tenuium.

V I R E S E I V S E T I V V A M E N

ta ex Dioscoride.

Ius radicis decoctæ ad tertias, si in ore contineat, dentiũ dolores sedat.

Putrida oris ulcera, collutione sistit.

Arteriæ scabricias, gargarizatu læuigat.

Contra alui profluuiã, & dysenterias auxiliatur.

Item articulorum, coxendicumq; cruciatibus potum.

Cocta in aceto & illita, serpentina ulcera cohibet. Strumas, tumores, duricias, abscessus, & distentiones discutit.

Ignes sacros, reduuias, condylomata, psorasq; sanat.

Teneræ radicis succus contra iocineris pulmonumq; uitia prodest. Item aduersum uenena.

Cum hydromelite autem, uel diluto uino, et piperis exiguo, bibuntur folia contra febrium circumitus. In quartana quidem quaternum ramulorum, in tertiana uero ternum, in quotidiana unius.

Tricena quoq; folia, tricenis pota diebus, comitialibus profunt.

Foliorum succus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrime regio morbo medetur.

Illita cum melle, & sale, tam uulneribus, q̃ fistulis remedio sunt.

Enterocelicis auxilium præstant.

Quinquefolium sanguinis profluuiã & potu & illitu sistit.

Ad expiationes, castimonias, & sanguinis eruptiones inciditur.

E X I O A N N E V I G O N I O.

Pentaphyllon uirtutem habet exiccatiuam uehementer; tamen caliditatem manifestam, non uidetur participare.

A V T O R E S.

Theophrastus, lib. 9, cap. 12.

Dioscorides.

Plinius, lib. 25, cap. 9.

Apuleius.

Leonicenus.

P. Collinutius.

Herm. Barbarus.

Marcellus Vergilius.


Galenus. s. Simplicium.

Ioannes Vigonius.

B

Chelidonia.

C



D

Chelidonium majus, L.
C. B. 144
Sm. fl. 2. 4

1537. 236

Schölkrant.

DE CHELIDONIO Rhapsodia XLII.

¶ Nomenclaturæ

Græcæ, χελιδόνιον. παιονιά κραταιά. γλάνκη. πάνδιον ρίζα.

Latine, Chelidoniū, siue Chelidonia, hoc est, Hirundinaria maior.

Germanicæ, Schölkrant. Schölwurz. Schwalwēkrant dz gros.

PLACITA AVTORVM de Chelidonia.

Historia Chelidoniæ ex DIOSCORIDE, lib. 2.

CHELIDONIA duplex est, Maior, et Minor. Maior caule est cubitali, aut altiori, surculofo. folijs Ranunculi, multis, mollioribus tamen, & colore cæsis. Flore Violæ albæ, secundū singula folia prodeunte. In ea succus croci, mordax, acris, & aliquantulū subamarus, gra

uiter olens. Radix superne singularis, in multa crocea capillamenta fibra **A**
tur. Siliqua ceu corniculati Papaueris, tenuis, longa. In qua semeni Papa
uere maius recluditur.

De M I N O R E.

Minor herbula est, stolonibus constans, sine caule, folijs Hederę, mul
to rotundioribus & minorib9, teneris & subpingibus. Radices habet cō
plures, pusillas, in granorū tritici modū, aceruatim cōgestas, quarę tres,
aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas nascitur.

Theophrastus de Hirundinaria lib. 7. cap. 12.

Hirundinaria, quę aduentu hirundinis suum excitat florem, hęc par
tim naturalem, partim fortuitam habere causam apparet.

Historia Chelidonię ex Plinio lib. 25. cap. 8.

Animalia quoq; inuenere hęrbas, inprimisq; Chelidoniām. Hac em̄
hirundines, oculis pullorum in nido restituunt uisum, ut quidā uolunt,
etiā erutis oculis. Gñā eius duo. Maior fruticoso caule, folio Pastinacę er
raticę ampliore, ipsa altitudine duorę cubitorum, colos albicans, flos lu
teus. Minori folia Hederę rotundiora, minus candida. Succus croci mor
dax, semen Papaueris. Florēt aduētū hirundinum, discessu marcescunt.

De temperamento Chelidonię.

Abstergendī uim habet, & satis calefaciendī, & succus acidus est.

Vires & iuuamenta eius ex D I O S C O R I D E.

Succus in æreo uase cū melle prunis decoctus, oculis claritatē adfert. **B**

Folijs, caule, radice succus exprimitur, ineūtē æstate, et siccatus in um
bra digeritur in pastillos.

Radix cum aniso, & uino albo pota, medetur regio morbo, & ulceri
bus quę serpunt. Imposita cū uino, aut māducata, dentiū dolorē sedat.

EX IO AN NE V I G O N I O.

Chelidonia est calida & sicca in tertio, & ualde oculorum iuuatiua. I
deo uirtus eius in collyrijs acuetibus uisum perutiliter imponitur. Et ei9
succus intra dentes impositus, eos intra spaciū tēporis facit cadere. Et ra
dix eius est minoris exiccationis, uirtutē habens attrahendī, & resoluēdi.
Ideo dolori dentiū ex frigida causā causato, prædicta radix aliquantulū
contrita, & aceto irrorata, dentibusq; tenta, præsentissime medetur.

EX P L A T E A R I O.

Chelidonia est calida & sicca in quarto gradu.

Cum in receptione reperitur, radix, non hęrba poni debet.

Radix per tres annos potest seruari in magna efficacia. Ex qualitatibus, & substantia, uirtu
tem habet dissoluendi, consumendi, & attrahendi.

Ad purgandum caput, & uulnam repletam ex frigido humore, radices benē tritę in uino co
quantur, & patiens per os fumum recipiat, inde reliquo utatur pro gargarismate.

Contra colicam passionem hęrba trita, & in uino cocta superponatur, uel spongia infusa in
uino decoctionis, uel puluis eius radice sæpius superponatur. (eius.

Ad menstrua prouocāda, & matricē mundificandā, fiat fomentū sæpius ex aqua decoctionis

Ad cancrum oris uel ossis, uel neruorum, puluis radice eius cum puluere rosarum conficia
tur cum aceto, et decoquatur usq; ad mediocrem spissitudinem ad modum sinapis, & inungan
tur parteis cancrorę, multum confert.

Contra fistulam puluis eius cum capitello conficiatur, & ori fistulę immittatur.

C



Gauchheyl männlin.

D De ANAGALLIDE Rhapsodia XLIII.

NOMENCLATURAE

Græcæ, ἀναγallis, αερίτις, αἰγίτις, σαυρίτις.

Latinae, Anagallis. Aëritis. Sauritis. Sanguis oculi.

Germanicæ, Gauchheyl.

Sup. fol. 77.
& seq.

QUEMADMODUM Consolidæ nomen multis adeo herbis familiare est (nominatim em̄ quinq; eius species perstrinximus) ita & Anagallidis nomine, quibusdam Auricula muris, uel Pilosella uenit: quibusdã ea quæ Morfus gallinæ, uel uulgo Ippia uocatur. Quidam alias etiam designant eius species, quæ me prætereunt. De genuina tamen Anagallide sic habet.

Εἰκὼν Anagallidis ex Dioscoride lib. 2.

Anagallidis duo sunt genera, quæ tantum flore distant. Nam quæ ceruleo flore est, fœmina dicitur: Mas, quæ phœniceo. Frutices sunt parui in terra iacentes: folijs in quadrangulo, caule pusillis, subrotundis, ad Helxine folia accedentibus: semine rotundo.

A



Anagallis arvensis, L. 2
C. B. 252

B

Gauchheyli weyblin.

Nec alia fere Plinius, & Serapion. Herm. Barbari Corollarium, quoni Pli. li. 26. ca. 7.
am ad excussionem prioris erroris facit, subscripsimus.

Corollarium Barbari de Anagallide.

Frutice tenero Anagallides, non altiores Palmo nascuntur in hortis et aquosis. Prior floret cerulea. Mirum, q̄ sceminam pecora uitāt: aut si decepta similitudine (flore enim tantū distant) degustauere, statim eam quo q̄ (asyla, siue, ut alij codices scripsere, casyla uocatur, a nostris ferus oculus) in remedio quærunt. Præcipitur effossuris, ante solis ortum, priusq̄ quicq̄ aliud loquantur ter salutare eam, tum sublatam exprimere, ita præcipuas esse uires. Anagallin Dioscorides Sauritin q̄q̄ dici perhibet. Sunt exemplaria in quibus Gauritis, non Sauritis legatur. Hippocrates Anagallin dicendo, utilem mordendis & afficcandis ulceribus Anagallidē uidetur intellexisse. Aetius Nycterida herbam ad oculorum albugines comprobat, pro Anagallide ut puto accipiendam reliquit: quandoquidē & Nycteritis a Dioscoride uocatur. Errant qui Passerinam uulgo dictā, florem candidum ferentem, Anagallida existimant. Quemadmodum et qui Myosotin, id est, muris Auriculam pro Anagallide compictam præ-

ferunt. Anagallidem phœniciam, a colore Paulus Aegineta Corallium quoque dici meminit. De quo & compositioni datum nomen, quod Diacorallin. Quamque & pastillus est hoc cognomine: sed in eum lapis Corallius, non hæc herba sumitur.

De Anagallidis temperamento.

Vtraque & mitigandi, & abstergendi vim habet, quiddam etiam subcalidum, & trahens.

V I R E S eius & I V V A M E N T A
ex DIOSCORIDE.

Inflammationem arcet.

Adactos corpori aculeos extrahit.

Nomas cohibet.

Succus caput gargarizatu purgat.

Et naribus infusus, dolorem dentiū lenit, si in aduersam narē iniiciat.

Argema cum melle attico emendat.

Retusæ oculorum aciei auxiliatur.

Contra uiperarū morfus, iocineris & renū uitia, ex uino bibere potest.

Tradunt eam quæ cæruleum ædit florem, prociduum sedem reprimere. Quæ uero phœniceum, illitu euocare.

A V T O R E S.

Dioscorides, libro secundo.

Plinius libro. 26. capite septimo.

SERAPION.

Herm. Barbarus.

M. Vergilius.



Agrostemma githago, L.
 C. B. 204
 Sm. p. 2025

1537. 241 -

Kattenblumen.

x 3

C

De NIGELLA. Rhapsodia XLIII.

NOMENCLATURA

Græcæ, μελάνθιον. μήκων κύριον. μήκων μέλαν.

Latine, Nigella. Gith.

Germanicæ, Katten.

Placita autorum de NIGELLA.

Historia Nigellæ ex DIOSCORIDIS

DE libro tertio.

EXIGVVS frutex est, sæpe binos palmos excedens. Folijs ut Senetionis minutis, sed multo tenuiorib9. Capitulo in cacumine tenui, ceu Papaueris oblongo, intercurfantibus intus membranis. Quibus semen includitur nigrum, acre, odoratum, quod panibus inspargitur.

PLINIANA Nigellæ historia lib. 19. cap. 8.

lib. 20. capite. 17.

Gith pistrinis, Anesum, et Anethū culinis & medicis nascuntur. Gith ex Græcis alij Melanthion, alij Melanspermon uocant. Optimum q̄ excitatissimi odoris, & q̄ nigerrimum.

Επιγραφή Nigellæ per Hermolaum Barbarum.

Melanthion, quod & Melanspermon, & Melāthe interim ab Hippocrate uocat: & a Theophrasto, ut Theodorus existimat, Anthemō, siue Anthemion, Nigellā interpretatus. Quanc̄ Anthemion oīno alia species est, q̄ Melanthion, siue Gith, siue ut Palladius, Giddi. Nam & Melanthemon Chamemilon est, Melaniō uero nigra Viola. Optimum Gith, q̄ excitatissimi odoris, & q̄ nigerrimū. Culices suffitu necat, & muscas. Succum eius largius sumēti, uenenū esse, mirari licet: cū semen ipsum, inferiorem crustam panis, cereali sapore condiat gratissime. Aliud oīno genus uidetur esse Gith, qd in segetibus passim nasci cernit: & Pseudomelanthion uocari potest, & Githago, folijs fere Porri oblōgis, flore purpureo, semine ac toto frutice maius q̄ Melanthium, nec odoratū. At uerum Gith, de quo præsens Dioscoridi mētio est, folium habet Fœniculi, Senetionisue, florem ceruleum. Odor semini iocundus, nec ubiq̄ prouenit. Hippocrates Cyprium cōmendat. Alia est herba Melandryum, in segete pratisc̄ nascens, albo flore, odorata, cuius cauliculum iocineri tritum, ex uino uetere probant.

V Marcelli Vergilij annotatio in eandem Nigellam.

Ident Maio & Iunio mēsis in pratis, sepibus, limitibusq̄ omnibus nascentē rura oīa Nigellā: nihilq̄ eo frutice frequētius, simul & uilius. Quondā grato sapore panē Nigellæ semen cōmendabat. Inspergebatur em̄ ante cocturā illi tritum, quemadmodū & Papaueris: non aliter q̄ & nos modo dulciarijs potius q̄ pani Anisum miscemus. Quod in Nigella merito miretur aliquis, sagacis naturæ artificii est, in conformandis eius uasculis, quibus concipit, maturatur, & seruat semen, colore nigrū, Panici seminis magnitudine. Sunt ea uascula longe papaueraceis minora, nec in mensura sua, ut illa longa. Nullā præterea habent qualē Papauera in summo stellā, sed latioremb̄ umbilicū: neq̄ intus eodē modo discurrentes membranas seminū locos dissepientes. In Papauere em̄ sulcorū modo intercidente, quasi aggere quodam canales sunt: in Nigella per mediū transeuntes, quasi parietes, quibus loculamenta illa seminū diuiduntur. Est illud discrimen etiā, quod singula in singulis Papauerū caulibus uascula sunt, in Nigella numerosiora: ut quod numero seminū in singulis uasculis deest, uasculorū numero expleat. Solaq̄ hæc uasculi forma fecit, ut syluestre & nigrū Papauer a quibusdam Nigella diceretur. Græci a colore seminis Melanthion, & eorum exemplo latini Nigellam nominauerunt.

De Nigellæ temperamento.

Calefacit, ut inquit Galenus septimo Simplic. & arefacit iuxta tertium ordinem, uideturq̄ esse partium tenuium.

Vices eius & iuuamenta ex Dioscoride.

A

Capitis doloribus illitum fronti subuenit.

Discutit recentes oculorum suffusiones, tritum ex Irino, & infusum naribus.

Tollit lepras, lentigines, duricias, tumoresq; uetustos cum aceto illitū.

Circumscarificatos clauos excutit cum uetere uino impositum.

Dentium doloribus decoctum cum aceto & teda prodest.

Teretes uentris tineas expellit, peruncto ex aqua umbilico.

Destillatione laborantes adiuuat, tritum in linteo, & olfactum.

Vrinam & menstrua ciet, multis diebus sumptum.

Et lac extrahit.

Difficultatem spirandi cum uino potum leuat.

Phalangiorū morsibus ex aqua drachmæ pondere haustū auxiliatur.

Inceso serpentes fugantur.

Tradunt largius epotum, enecare.

E X P L I N I O.

Medetur serpentium plagis, & scorpionum.

Illini ex aceto & melle reperio, incensaq; serpentes fugari.

Bibitur drachma una contra araneos.

Distillationem mirum discutit, tusum in linteo, & olfactum.

Idem præstat radix manu tenta.

Capitis dolores illitum ex aceto, & infusum naribus.

B

Cum Irino, oculorum epiphoras, & tumores.

Dentium dolores, coctum cum aceto.

Defficultates spirandi, addito uino potum.

Duricias, tumoresq; ueteres, & suppurationes illitum.

Lac mulierum auget, continuis diebus sumptum.

Colligitur succus eius, ut Hyoscyami.

Similiter largius uenenum est, quod miremur, cum semen gratissime panes etiam condiat.

Oculos quoq; purgat, urinam & menstrua ciet.

Quinimo lintheo alligatis tantū granis. 30. secundas trahi reperio.

Aiunt & clauis in pedibus mederi tritum in urina.

Culices suffitu necare, item muscas.

E X M A R C O C A T O N E cap. 111.

Si bouem, aut aliam quāuis quadrupedem serpens momorderit, Melanthij acetabulum, & quod medici uocant Smyrneum, contrito in uini ueteri hemina: id per nares indito, & ad ipsum morsum stercus suillum apponito. Et idem hoc, si usus euenerit, homini facito.

E X C O L V M E L L A, lib. de
re Rustica, lib. 6. cap. 32.

Interdum & fastidio ciborum languescit pecus. Eius remediū est, ges

C nus feminis, quod Gith appellatur. Cuius duo cyathi triti, adiunguntur olei cyathis tribus, & uini sextario, atq; ita faucibus infunduntur.

E X V I G O N I O.

Nigella est calidæ & siccæ complexionis in tertio: & contrita cum melle, & felle taurino, alöeq; & more emplastrî super umbilico imposta, lumbricos puerorum interficit.

E X P L A T E A R I O.

Semen Nigellæ colligitur, & per decem annos seruatur. Est autem subnigrum, & subamarum, & rotundum, & planificatum: unde uirtutem habet diureticam, ex amaritudine, dissoluendi, consumendi, ex qualitatibus suis.

E X A U E R R O E

quinto Colliget.

Scaunix, est Nigella, calida & sicca in tertio gradu. Et significat hoc, quia est in ultimitate amaritudinis cum subilitate. Et ligata in panno lineo, ualet odorata ad reuma frigidum, & occidit uermes: & dissoluit inflationem, & eradicat uerrucas, & producit cum passo menstrua, & facit erigere membrum.

D

A V T O R E S.

Plinius, libro. 19. capite. 8.

libro. 20. capite. 17.

Dioscorides, lib. 3.

Mar. Cato, capite. 111.

Columella de re rusti. libro. 6.

capite. 32.

Ioannes Vigonius.

Platearius.

Auerrois. 5. Colliget.

Hermolaus Barbarus.

Marcellus Vergilius.

A



B

Matricaria inodora, L.
 C.B. 133.
 Sm. p. 3. 451

Mettram.

1537.245

C

DE MATRICARIA PRIMA SPECIE Parthenij. Rhapsodia XLV.

NOMENCLATURA

Græcæ, *παρθένιον*.Latinæ, *Matricaria*. Febrifuga.Germanicæ, *Mettram*.

NEBULAS & caliginem nobis offudit, *Matricariæ* nouitium uocabulum, ut quæ hæc esset apud *Dioscoridem* certo designare nequimus: nec certum aliquid habemus, nisi quantum ex cōmentarijs *Neotericorum* obseruauimus, id est, ex *Pandectario*, & *Hermolao Barbaro*. Vterque tria eius genera facit. Quorū primum quidem *Pandectarius* *Artemisiam* uocat. Secundam *Tanacetū*, uel *Athanasiam*. Tertium uulgatā *Matricariā*. Barbari iudiciū in *Helxine* herba posuimus, qd sic hēt.

D Helxine duplex *Dioscoridi*, & omnino autoribus. Altera *Parthenion*, altera *Cissanthe-mos* ab *Hederæ* folijs uocata. *Plinio* item duplex, sed aliter. Altera de qua hic agitur *Parthenij* & *Perdicij*, siue *Perdiciadis* cognomine: quoniam *perdices* hac præcipue uescantur. Folia tamen ei non *Mercurialis*, ut *Dioscorides*, sed mixtæ similitudinis, *Plantagini* & *Marrubio* tribuit, cauliculis densis lanas infici, semina in capitibus lappaceis adhærescentia uestibus: a quo & *Helxinem* dictam uolunt. Hanc *Aeoliæ* gentes, & *Aegyptij* edunt. *Crassas*, plurimasq; habet radices, ut inquit *Plinius*. Altera idem autor inquit, uerior est *Helxine*, cui radix foliosa, ex qua similis malo *carduus* seminis plenus extuberat. *Seminalis Acanus* a *Theophrasto* dictus, cuius inciso summo uertice, lachryma erumpit iocundi saporis, *Acanthica Mastiche* uocata, proptereaq; adulterium ex ea fit, ut diximus. Germinat, atq; floret æstate folio, & caule, lanugines spinosas habens. Hæc *Plinius*. Nos hanc non *Helxinem*, sed *Ixinem* uocari credimus: ut in *Chamæleonte* candido dictum est: quanq; porro prior *Helxine Perdicion*, & *Parthenion* dicatur. Aliud tamen intelligo, *Plinium* secutus, *Perdicion*, quæ a nostris herba *Vrceolaris* uocatur, ab alijs *Astericum*, folio similis *Ocimo*, nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisq;: ob id & *Parietaria*, & *Muralium*, & *Muralis* uulgo dicta, et *Vineago*: & *Parthenion*, quoniam a *Minerua* in somno contra præcipitia lapsusq; monstrata est *Pericli Atheniensium* principii, cum uernula ei charus ex altitudine cecidisset, *Splachnoptes* appellatus. *Turtures*, *columbæ*, *gallinacei* annum fastidium deducere dicuntur *Helxina* pasti, autor est *Plinius*. Triplex igitur inuenio *Parthenium*. Vnum folio *Coriandri*, quæ *Amaracus* a *Galeno*, *Parthenium* a *Dioscoride* nominatur, uulgo *Matricaria*. Alterum folio *Mercurialis*, ut *Dioscorides* hoc loco, siue *Plantaginis* & *Marrubij*, ut *Plinius*, quæ dicitur *Helxine*, ac de ipsa hic agitur. Tertium folio *Ocimi*, quæ *Parietaria*, & *Muralis* uocetur: de qua mirū est *Dioscoridem* nihil præcipere, quod sciam. Nisi quis eum dicat sub *Helxine* hanc quoq; accepisse: quoniam *hirsutula* sit, & adhærescat uestibus, nec a *Mercurialis* herbæ folijs omnino multum distet, præterq; qd *Mercuriali* serrata leuiter ea sunt, *Parietariæ* non sunt. Sunt qui & *Mercurialem* ipsam *Parthenion* quoq; dicant *Helxinem*, ut *Dioscorides* in *Myosotide* scriptū reliquit. Etiam *Alsinè* dicta est. quanq; corrupte in *Theophrasto* legitur *Asinè*, ubi *Theodorus Volucrum* interpretatur, arbores amplexu *Hederæ* modo strangulantem.

Textus DIOSCORIDIS de Parthenio lib. 3.

Parthenium aliqui *Amaracon* uocant, alijs *Anthemida*, alijs *Leucanthemon*, alijs *Chamæmelon*, alijs *Chrysoocalin*, alijs *Melabathron*, nonnulli *campestem* florem. *Romani* *Solis seculum*, aliqui *Millefolium*, *Ethrusci* *Cautam*, *Aphri* *Thamath*. Folijs est *Coriandri*, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore graui, sapore amaro. Siccatum cum aceto mulso, aut sale potum, non secus atque *Epithimum*, & *bilem*, & *pituitam* detrahit. *Suspiriosis* prodest, & *melancholicis*. *Herba sine flore* a *calculosis*, & *anhelatoribus* magna utilitate bibitur.

Valet decoctum ad insidendum in duricia uuluarum & inflammatiōibus. Illinitur sacro igni & collectionibus cum flore. **A**

COROLLARIUM HERMOLAI BAR-
bari, super eodem Parthenio, quod similiter no-
stræ Matricariæ adstipulatur.

Parthenij flos odorem habet Mali. Nascitur in sepibus: Matricariam dici eam multi putant. Sunt qui Cotulam appellant. Nam & ipse Dioscorides testatur ab Etruscis uocari Cautam, unde Cautula deducitur, ac deinde Cotula. Sed & Leucanthen, et Tamnacum Plinius hanc appellat. Nisi librariorum menda sit, Tamnacum pro Amaraco scribentium. Nam & Amarcus a Dioscoride uocatur; nec aliter a Galeno, atq; Paulo. Celsus apud nos * Pallecium, & Muralium appellat, ut Plinius intelligit. Ego Celsum de alia Parthenio Muralium dixisse autumo: quæ non in sepibus, sed in muris, parietibusq; nascitur: ob id & Parietaria uulgo nominata, ut in Helxine docuimus. Est & Parthenis pro Artemisia: quanq; sunt qui Artemin legant, non Parthenin, castigando protinus errore medicorum: qui Parthenion, de qua modo loquimur, Artemisiam esse uoluerunt. Apud Hippocratem quæ sit herba Parthenion cognomento Microphyllon, hoc est, Paruifolia, dubitatur a Galeno: qui Dioscoridem pro Helxine, aut etiam Mercuriali capiendum existimasse scribit. Sed quid si eam pro Artemisiam secundo genere Hippocrates intelligit, cuius minuta folia traduntur: aut etiam pro Matricaria, de qua hic agitur, quæ folijs Coriandri describitur?

Alias*Pele-
cynum,

M. VERGILIUS de differentia Parthenij a Per-
dicio, & Chamæmilo uulgato.

Alia hæc Parthenion est ab ea quam Celsus lib. 3. Perdicion uocari etiam tradit, reprimereq; simul, & refrigerare. Illa Helxine muralis, & Perdicion dicta: hæc pluribus ab Anthemide inuentis appellationibus, similis, congenerq; illi credenda est. Illa a Nicandro in Theriacis uenenatis mederi prodita: hæc sanandis suspirijs, atræ bili, calculosisq; inflammatis, duratisq; muliebribus locis apta. Hæc Chamæmalo similis, flore per ambitum candido, in medio luteo, illa Mercurialis herbæ folijs descripta: & ne longiores simus, notis omnibus inter se diuersæ, solo eodem nomine legentes fallunt. Fallit autem non nomine, sed re Parthenion, ram similis Chamæmalo, ut pro ea sæpius ab imperitis carpatur. Habet enim illi similem paulo minus q; in cunctis florem. Differt magnitudine, quæ in Parthenio amplior undiq; est. Differt & figura: q; coloribus in utriusq; flore paribus Chamæmali flos in medio tumet, & in altum erigitur: folia uero ad terram inflexa descendunt, in Parthenio folia medio exæquata per ambitum stant. Nobis ex his quæ diu obseruauimus, inclinatur animus, Chamæmalo congenerem esse: & ut in plerisq; alijs fit, nota aliqua priuatim ab alijs dispesci, quæ in Parthenio hac uirosus odor est. Quemadmodum in Bouis oculo, quæ mox dicenda erit, sola magnitudo, qua a Parthenio hac illa distinguitur.

B

Verum & hæc sententia Barbari repugnatores habet suos, & sunt qui falsum existimēt ex similitudine floris, quæ est Matricariæ, cum Chamæmilo. Nam Serapion inquit, priorem pro Chamomilla speciem recipit, hoc est, Anthemida. Et quæcūq; in capite de Chamomilla ex Dioscoride adfert, ea sunt apud Dioscoridem de Anthemide dicta: quam q; ambarum herbarum descriptio indicet, eas omnino esse unius speciei, & qualitatis. Nam odorem pomi spirare ipsas, nomen indicat Chamæmilon, hoc est, agreste pomū, flores in ambitu albos, intus aureos habentes. Quare siue Matricariam, pro altera specie capiamus, hoc est, pro Parthenio, ut Hermolaus credidit, siue aliam herbam quamcūq; similem Chamomillæ, certe eas esse consimilis prope effectus, necesse est.

Sententia
cuiusdam
docti uiri.

COLLVCTATIO NICOLAI LEON-
niceni, & P. Collinutij de Parthenijs.

Leonicens lib. de Erroribus Medicorum, Parthenium (inquit) scribit Plinius lib. 21. apud Celsum uocari Perdicionem & Muralium. Deinde subiungit eandem Parthenio, quod Muralium

C appellatur, uires, quas Dioscorides alteri Parthenio adscribit, quod Chamæmilon alio nomine dicitur, quoniam parum folijs & flore, ab herba Chamæmilo differt. Hanc autem Parthenion, Chamæmilo similem herbam, nonnulli ex recentioribus medicis Cotulam appellant. Sed hæc Parthenium non uocatur a Celso Perdicium atq; Muralium, sed altera potius quæ Helxine, & simul Perdicium, ac Parthenium quoq; nuncupatur, a latinis autem Parietaria, & Muralium dicitur: quia passim in parietibus, seu muris nascatur. Nostro quoq; æuo uulgo una litera dempta, pro Parietaria, Paritariam uocant. Hanc eandem herbam, siue Muralium, siue Parietaria dicatur, commemorat Celsus, suo de Medicina tertio, inter ea quæ uim habent refrigerandi, simul ac refrigerandi. Quæ sane facultas ei Parthenio, quæ Perdicium, & Parietaria appellatur, non autem alteri, quæ etiam Chamæmilon dicitur, ab omnibus fere medicinae autoribus adscribitur. Hæc enim sunt de eadem Dioscoridæ uerba. Habēt folia astringendi atq; refrigerandi facultatem. Nec de ea aliter Paulus atq; Galenus tradiderunt. Ipse pariter Plinius libro. 22. eandem & Parthenium, & Perdicium quoq; nominari confirmat.

P A N D V L P H V S C O L L I N V T I V S.

In explicandis Plinij de Parthenio (ut ipse putat) erroribus, in magnos Leonicens erroribus incidit, ut ex herbarum ipsarum descriptionibus, differentiisque cognoscere licet: quas intellexisse, distinxisseq; Plinium, Leonicenum uero confudisse, per illarum ignorationem intelligemus. De his igitur sic agemus. Tres herbas Parthenij nomine nuncupatas. 21. & 22. uolumine scribit Plinius (nam de quarta quæ Mercurialis est, sermo nunc nobis non est) hisq; omnibus, suas quibus pollerent uires adscripsit. Ex eorum (ut est uidere) sententia, quas tam multos enumerat, prima quæ Parthenium, Leucanthus, Thamnacusq; a Græcis, a nostris, & Celso Pelecynum, Muraliumq; uocetur, in hortorum sepibus nascens, flore albo, odore mali, sapore amaro. Alteram quæ Helxine, & Siderites, & Perdicium, ab aue cognominatur: folia habens mixtæ similitudinis Plantaginis & Marrubio: cauliculos densos, leuiter rubentes, semina in capitibus lapaceis, adhærentia uestibus, unde Helxinem dictam uolunt. Tertiam quæ itidem & Perdicium, & Astericum, a nostris uero herba Vreolarum dicitur, folio similis Orymo, nigrior t̄m, in regulis, parietinisq; nascens. Has Parthenij differentias si Leonicens cognouisset, simulq; & diligentius Celsum, & dilucide ista scribentem Plinium, & suum illum Dioscoridem inspexisset, non temere adeo obstrepuisset. Quod ut plene intelligere possint studiosi, ego eas quæ sint aperiā, disceptandoq; proponā, his locum faciens, qui ueriora conuulerint.

D Prima quidem a floris candore Leucanthus, & a fruticis, cespitisq; densitate Thamnacus nomen accepit. Eadem a Celso (in his forte libris, quos de agricultura scripsisse illum constat) siue ab odoris suauitate, siue quod unguentis flos aptissime conueniret, Muralium dicta est, quasi Myralium, y, psylon in, u, nostrum uerso, quod ueteres (ut Murrha, Murena, & Mure) frequentissime usurparunt, & familiare esse latinis scribit Cicero. Pelecynum idem ex eo cognominasse uidetur, quod frutex ipse odoris suauitate, ad se pelliciat. Siue, quod, ut Pelecynus quoq; herba, quæ in fegetibus nascitur, adminiculo indigens hortorum, sepibus subrepat: quod nostro quoq; æuo fieri, hominum uidemus industria. Hanc nos uulgo Genseminum uocamus, flore albo, odore mali, sapore amaro. Hæc est illa Parthenium, quam rectius fortasse Amaracum dixere quidam, quæ sub ipsa quiescentē Ascanium, floribus, & dulci aspirans complectitur umbra. Vnde laudatum illud Co insula quondam confectum unguentum, quod Amaracinum, Samsuchinumq; dicebatur. Vnde forte in Gensemini uocabulum uulgus deflexit, ut non aliud fruticis uel herbæ genus intellexisse illos apud Dioscoridem putem, qui Parthenium Amaracum dixerunt. Alioqui si ea Dioscoridi Parthenium est, quam Cautam uocare Etruscis tradit, quo pacto tam breuis herbæ umbra complexū puerum, dulciq; scripsisset insignis uates? Cum Cautam ipsam nec umbræ ob breuitatem idoneam, nec odoris unguentive oblectamento ob florum graueolentiam esse plane omnes intelligant. Melius uero, eodem Dioscoride autore, & Chamæmilon, & Anthemida quosdam uocasse illam, quæ Cauta dicitur, fortasse quis putet: cum inter Chamæmili species, quas esse tres prodidit, collocetur.

Duas etenim, quæ nunc etiam Cautæ, uulgo Cotæ dicantur herbas, unā quæ sana cognominetur, & a quibusdam Millefolium, non recte dicatur, nos Leucanthemon Plinio dictam 21. uolumine credimus, Abrotono odore similem, & flore albo, foliosam, suspiriosis utilem. Alteram Chamæmilo similem, quæ ab odoris foeditate putidæ cognomētum ferat. Potuit & Dioscoridis Parthenium Millefolium hoc esse, si non illi Coriandri folia adscripsisset. At secunda Parthenium h̄sdem quibus a Plinio pingitur signis, plurima inspicitur in aruis, stipulisq; nascens, folijs fere Mercurialis: cuius semen asperum, nigrumq; perdices appetant. Eam quando semina inambulātium uestibus hæreant, ut græcorum quidam Helxinem dictam uoluerunt, Romani herbam Lapariam. Sic uulgus quoq; per hæc tempora Grapellam nuncupat,

Tria genera
Parthenij.

Leucanthus.
Thamnacus.
Muralium.

Pelecynus.

Genseminū.

Amaracum.

Duæ Cotæ.

quasi a rapiendo Rapellam dicas. Tertia uero est ea, quam ex eo quod folia caudiculis stellæ in-
star circumherentia habeat, Astericum dicitur: & quod ipsa rapaci quadam lanugine hæere ue-
stibus possit, a Dioscoride dicta Helxine uidetur. Quod uero tergendis urceolis, uitreisq; uasis
experimento sit efficax, a Plinio Vrceolaris, a nobis uulgo quoq; Vitriolum dicitur. Quod ue-
ro muris, parietibusq; nascatur, a Celso Muralis. 2. de medicina libro, a nostri temporis Medi-
cis recte Parietaria dicitur, Mineruæ sacra, atq; ideo Parthenium dicta, quod eam dea somno
monstrauerit.

Vides, ut in nullo deceptus Plinius, si qui illū legant, intelligāt, ab erro-
re uindictæ? Vides iam conuoluuli huius nostri manifestā calumniā: ut
fese suo cum Dioscoride uelut in Pampino contorqueat? Qui suā Par-
thenium & Chamæmelum uocet, & Solsequium & Millefolium uocari
a Romanis affirmet: quibus quidem appellationibus absurdus nihil di-
ci potest, apud eos etiam qui uel mediocriter hæbariam attigerunt: qui
& propria illa esse diuersissimarum prorsus a Parthenio hæbarum no-
mina non ignorant. Et Leonicens in primo quidem Parthenij genere,
pro Pelecyno, quod ueteres & impressi habent codices, Perdicium scri-
bit. In tertio pro Murali, Muraliū ponit. Et quod de Murali in. 2. de me-
dicina libro Celsus scribit, hic de Muralio in. 3. scribere illum impudēter
affirmat. Tum pro Leucanthe candidi floris hæba, unde & nomen, Co-
tam nescio quam, Cautam, ut arbitror, Dioscoridis uertens, autumat: nō
albo flore, sed luteo, candidis foliusculis coronato: non odore mali, sed
Abrotani, ut P L I N I V S, uel insuauis ac tristi: si eam quæ Putida co-
gnominatur intelligit. Et iam quod Plinio primus obiecerat, in Nicolaū
ipsum, uehementiusq; aliquanto retorqueri possit: qui non hominū mo-
do, & rerum similitudine, sed græcæ quoq; eruditiois opinione deceptus, B
plurima intemperanter effudit. Hactenus Collinutius.

Sunt qui Febrifugam appellant, alio nomine & Centauream maiorē:
quod an ita habeat, disputatum tantum proponimus, ut ansam præbea-
mus doctioribus, plura de ea herba disquirendi.

V I R E S E I V S E T I V V A M E N T A

Matricaria herba Absinthij & Centaureæ uires habet, & uel comesta,
uel uentri cataplasmata, uentris tormina discutit. Ante accessionem in ui-
no cocta, & comesta, febrem depellit. Pellit menstrua, uermes & urinā.

A V T O R E S.

Dioscorides libro tertio.

Herm. Barbarus.

M. Vergilius.

Nicolaus Leonicens.

Pand. Collinutius.

Pandectarius.

S E R A P I O N.



Tanacetum vulgare
 Mill: dict.
 Sm. H. 3. 605

Keynsarn.

1537. 250

De Tanaceto Secunda specie Matricariæ & Partheniorum, Rhapsodia XLVI.

A

TANACETVM herbam uulgarem, posteriores Medici omnes Apium rusticum, Matricariam mediam, Artemisiam domesticam, & Herbam S. Mariæ appellant, Germanicæ, **Reynfarn. Wurmtraut. Baurenepff.** Non esse illã, quam ipsi ex Dioscoride Ambrosiam, & Athanasiam demonstrat, M. Vergilius facit, ut credam: cuius hæc in Ambrosiam est annotatio.

Non inter herbas aliquas fluctuans & uagum nomē tantum quondam Ambrosiæ fuit, sed quodcunq; odoris, aut cibi suauitate placeret in pœtis scriptoribusq; alijs, eodem hoc nomine ab antiquis dicebatur, & quasi immortalitatem utentibus faceret, sic appellata illis fuit. Frequens & notum ubiq; nomen, ignota tamen res, & inter herbas non facilis inuentu: alijs aliter eam ostendentibus, & cum Artemisia miscentibus fere cunctis. Audent tamē nostræ ætatis herbarij eam ostendere, trium dodrantum altitudine, & altiorem aliquando herbam, ut hic ait, ramosam, semine per totum caulem racemoso, sed longe maioribus q̄ Rutæ folijs: & quod hic ait, nunq̄ florentibus racemis, lanuginosis, papposisq; , nullo nec uini, nec alterius rei odore. Quo fit, ut in peregrina Italiæ, ut nos credimus, herba nihil pro comperto constituere audeamus. Plinius. 27. uolumine, capite. 4. integrum scriptoris huius caput commentationibus suis inseruit: cum tamen non multo antea libro. 25. capite septimo de Artemisia agens, dixisset. Sunt qui in mediterraneis eodem Artemisiæ nomine uocant simplici caule, minimis folijs, odore non inuocundo, quam quidam Botryn, alijs Ambrosiam uocant. Ex quo manifesteprehenditur, quod paulo ante diximus, uagum per multa Ambrosiæ nomen esse: plantas, cibos, & pocula, eousq; , ut Athenienses hoc nomine omnigenas fruges, oleum, uinum, laticesq; alios, quos Dñs in ara offerrent, Ambrosiã nominarent. Nobis inclinatus animus, ut peregrinam nostro orbi, peculiarēq; Cappadociæ herbam existimemus: nam quæ a nostris herbarijs hoc nomine ostenditur, uulgaris, & ubiq; nascens, inuentu facillima est, præsertimq; ex capitulorum racemis, quos habet pappis plenos, nunq̄ a nobis florere uisos.

Pandectarius de T A N A C E T O.

Pandectarius de Tanaceto sic habet. Altera Artemisia Tagetes nominat, quæ tenera est, semen habens minutum, & unã hastam folijs plenã. Nascit̄ in locis mediterraneis, & altioribus. Florē mellinũ atq; tenuem, et iucundiorē, comparatione alterius Artemisiæ. Hæc a grecis uocat̄ Tagetes, uel Tanacetũ, & nos in lingua latina uocamus eã Thamasiã, uel Athanasiam.

B

Male latine.

V I R E S eius & Iuuamenta ex eodem Pandectario.

Artemisia quæ Tagetes appellatur, facit ad uesicæ dolorem, & stranguriam, succo dato ex uino drach. ij.

Febricitantibus ex aqua calida cyathis. ij. datur.

Tosta cum axũgia & aceto, coxarum dolori medicatur, ligata usq; ad tertium diem.

Vt infantem hilariorem facias, suffumiga Tanacetum, & omnes simul incurfiones malorum auertet.

Neruorum dolorem, & tumorē pedũ tritum cum oleo, mirifice sanat.

Idem præstat in dolore pedum, si in potione sumatur.

E X H I E R O N Y M O Herbario.

Tanacetum calores extinguit, si epithimetur.

Vermes interficit, & potum, & comestum semen.

Pellit & urinas, & calculos.

C

DE CHAMÆMELO TERTIA

specie Parthenij, Rhapsodia XLVII.

DE NOMENCLATURA EIVS

& generibus ex Dioscoride. lib. 3.

ANTHEMIDA aliqui Leucanthonem, alij Heranthonem, quoniam uere floreat, alij Chamæmelon, quoniam mali odorem habet, at, nonnulli Melanthonem, alij Chrysocomam, alij Calliam, Romani Mallium, Aphri Astertiphen appellant. Genera eius tria, tantum flore distantia. Rami palmum non excedunt, fruticosi, alis multis, concaui. Tenibus ramulis, rotundis capitulis, floribus in medio auréis, forinsecus orbiculato ambitu, candidis, mellinis, aut purpureis, magnitudine foliorum Rutæ. Nascitur in asperis, & iuxta semitas. Colligitur uere.

VIRES, ET IUVAMENTA EIVS.

Vim habent radices, flores, & hæra excalescendi, extenuandiq;.

Potu & infusione pellunt menstrua, partus, urinam, calculosq;.

Aduersus inflationes, & ilij tormenta bibuntur.

Bilem suffusam expurgant.

Locinerum uitia sanant.

Decocto earum uesicæ fouentur.

Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est. Hanc proprie Heranthonem uocant.

D Ea cui Leucanthonem nomen est, item quæ Chrysanthemō dicitur, uementius urinam ciunt.

Aegylopijs illitæ medentur.

Commanducata, ulcerum eruptiones in ore sanant.

Nonnulli in clysteribus ex oleo utuntur.

Teruntur in farinam ad abigendos febrium circumitus.

Flores & folia recondi debent, & priuatim tusa, in pastillos digeri.

Radix quoq; sicari: dumq; ingruit necessitas, binæ partes hærbæ dari, modo floris, aut radicis pars una, modo cōtra: floris partes duæ & hærbæ una, permutatim duplicato pondere alternis diebus.

Bibere autem oportet in uino mulso diluto.

COROLLARIUM HERM. BAR

bari super Chamæmelo.

Pli. li. 22, ca. 21.
The. li. 7, ca. 13

Anthemis, quæ & Leucanthonem uocatur, pro ea quæ Chamæmilon uulgo dicitur, magnis est ab Asclepiade celebrata laudibus. Theophrastus Anthemon, & Anthemion appellat, quam Dioscorides Anthemida, & Hippocrates (ut arbitror) Euanthonem. Duo genera constituens. Vnum eius, quæ ab radice dumtaxat foliata sit. Alterum quæ caule tantum. Desflore re incipit utrunq; cacuminibus, cum cæteræ ab imo incipiant. Flore candido, in orbem medijs herbaceo. Semini colos q; flori. Decidere hoc sicut & spinosis, conceptaculo inani relicto. Theodorus Anthemon pro Melanthio uidetur intellexisse, ut qui Nigellam interpretatus sit. Reponuntur Anthemidis flores in coronamenta, sed collecti uere. Est & saltationis apud Athenarum cuiusdam popularis nomen Anthema, cum illo ioculari numero.

Vbi Rosa, ubi Viola, ubi florens Apium?

Vbi hæc Rosa? ubi hæc Viola? ubi hoc florens Apium?

ἀνθίμις
χαμαίμελον

Ex M. Vergilij commentario de Chamæmalo.

A

In Anthemide hac nulla est ex tam multis appellationibus, quæ non certam & rei coniunctam significationem habeat. Omittimus quas hic ipse declarauit, Eranthemō, quæ uere floreat, & Chamæmalum, quæ pomi odorem habet dici. Ceteræ etiam ex floris colore, odore uel cōsensu aliquarum gentium factæ sunt: quæ ut interiorē, exteriorē uel floris colorem magis amauerant, sic Leucanthemon a colore albo, aut Chrysanthemon, Chrysocomenue a flauo auri colore eam indicauerunt. Vtroque enim modo in scriptore hoc legitur. Quemadmodum ab odore Mali quæ habet, Melanthemon, Mali enim florem ea uox significat. Libet his addere a Theophrasto libro de plantarum historia octauo, sæpius genere neutro Anthemon dictam fuisse. Et qui passim in græcis modo leguntur, dodrantes ramuli, in uetustissimis utriusque gentis codicibus, duorum dodrantum altitudine herbam describunt. Nec multo post, ubi passim legitur, κλωνάριον μικρὰ λεπὰ φύλλαριον, legi oportere, non ramulos, sed foliola. Prius enim de ramis actum fuerat, tunc autem de folijs herbæ agendum erat. Indicant id uetustissimi græcorum codices, & antiqua Dioscoridis interpretatio: quorum ope nos quæ miscuerant alij interpretes, redire in sua loca cōegimus: diximusque, foliolis paruis, tenuibus, numerosisque. &c. Cætera in Chamæmalo satis nota per se sunt, ideoque a nobis longius non tractanda.

V I R E S & Iuuamenta eius ex Aemilio Macro.

Anthemium magis commendat laudibus autor
 Asclepius, quam Chamimolam nos, uel Chamomillam
 Dicimus, hæc multum redolens est, & breuis herba.
 Herbæ tam similis, quam iusto nomine uulgus
 Dicit Amariscam, quæ foeteat, & sit amara,
 Ut collata sibi uix discernatur odore.
 Autores dicunt species tres illius esse,
 Quas solo florum distingui posse colore
 Tradunt. Est cunctis medius flos aureus illis:
 Sed uarijs folijs flos circumcingitur ille,
 Albi, uel nigri sunt, purpureiue coloris.
 Dicitur Anthemion proprie, cuius foliorum
 Purpureus color est, maiorque & fortior hæc est.
 At Leucanthemion, folijs deprenditur albis.
 Mellinis Chrysanthemon. uis omnibus illis.
 Sicca, calensque gradu primo conceditur esse.
 Prouocat urinam cum uino quælibet hausta.
 Vesicæ frangit lapides, & menstrua purgat,
 Si foueatur aqua matrix qua cocta sit herba,
 Aut si cum uino potetur sæpius illa.
 Tormina sic sedat, stomachique inflatio potu
 Pelletur tali, squamas de uultibus aufert,
 Si tritam apponas solam, melliue iugatam,
 Ictericis prodest eius decoctio sumpta,
 Et mire prodest iecoris potata querelis.
 Pellere cum uino potata refertur abortum.
 Hac oleo cocta foueas si febricitantem,
 Frigus depelles, febrem quoque sæpe fugabis.
 Vnguine purgantur hypocondria turgida tali.

C Pestiferos morfus serpentum, pondere drachmæ.
 Cum uino prohibet Anthemis sumpta nocere.
 Plinius affirmat hanc quadraginta diebus
 Vnaquæq; die bis sumpta pondere drachmæ,
 Cum geminis cyathis uini subtilis & albi,
 Cum lotio, sensim totum purgare lienem.
 Aegylopas curat, si quis commasticet illam,
 Et sic apponat, sic ulcera fordida purgat.
 Ebullire caput febris feruore grauatum
 Sæpe solet, uel collectis humoribus in se,
 Ulcera producit (nocat Exanthemata Græcus)
 Hæc decocta uirens oleo Chamomilla repellit,
 Quod si defuerit uiridis, maceretur aceto,
 Et caput inde lauet, nullum magis adiuuat unguen.

EX IOANNE VIGONIO.

Chamomilla est calida & sicca in primo.

Virtus eius est, resolueret sine attractione, cum aliquali mollificatione,
 & loci confortatione.

D
 Oleum Bene-
 dictum.

Ideo eius oleum Benedictum nominatum est, quia resoluit sine attra-
 ctione. Et decoctio eius cum extremitate absinthij, & radice Liquiriciæ,
 Foeniculi, & Petrosilij, Asparagi, & quatuor seminibus frigidorum, cum
 Iuiubis, & Sebesten, in uino granatorum, & aqua Endiuia, & zuccaro
 dulcorata, & ieiuno stomacho sumpta, ad medietatem cyathi, urinam po-
 tentissime prouocat, lapides expellit, dolorem splenis, hepatis, et iliorum
 mitigat, atq; etiam ictericiam sanat.

EX AVERROI.

Chamomilla præ alijs proprietatē habet in mitigando dolore uentris.

Confectio olei Chamemillæ ex PALLADIO.

Per olei libras singulas Chamemillæ herbę florentis aureę medietatis,
 proiectis albis folijs, quibus flos ambitur, unciarum singularum pōdus
 infundas, & 20, diebus in sole constitues.

Cotula foetida.



Arctium solutum
Spring. hist. 1. 314
C. B. 135
Sm. pl. 3. 458

B

Krotten dyll.

DE COTVLA foetida, Quarta specie
Parthenij, Rhapsodia XLVIII

PANDECTARIUS, ET SIMON
Genuensis.

COTVLA, VEL Cotularia, alia foetida, alia non foetida.
 Foetida est planta similis Chamomillæ folijs & flore: quæ a Græcis uocatur Parthenion, Germanice, *Hundts blüm / oder Krottendyll*. Est alia Cotula non foetida, quæ uocatur Bichar Arabice, Latine, Oculus uaccæ, uel Oculus tauri, Græce, *βούφθαλμος*, Plura super ea herba mihi

Cotula duplex.


C non constant. Suspicio esse, quam supra in descriptione Matricariae, Leonicensis uocauit Cautam, Cottam, & Cotam.

A N N O T A T I O C V I V S D A M D O
 eti in Cotulam foetidam.

Crescit in segetibus uulgo herba, adeo similis Chamomillae, ut frequenter etiam herbarios decipiat: cum folijs & floribus nihil penitus differre uideatur: odore tamen est tetriore. Germani eam herbam Caninam, siue Florem Caninum uocant. Odor eius capiti obest, & si crebro utaris, Phrenesim inducere creditur. Forte hanc Dioscorides putauit esse Parthenion, quando illam odore subuiroso esse ait. Crescit inter segetes, & iuxta semitas, intermixta fere semper Chamomilo. Quod autem potum cum melle, ad instar epithimi, pituitamque atque bilem per interiora detrahere Dioscorides adserit Parthenion, ideoque Melancholias, & suspensiosis medicari, indicat ipsum uim habere euacuatoriam, fortiolemque Chamamilon: quod ego facile cum ex odore, tum etiam ex gustu illius herbae iudicauerim: quam Germani Cynobothanen, siue Cynanthemin, uocant, hoc est, quod antea dixi, Florem Caninum. Quamquam eam in usu esse non uideam, quare nihil etiam ausus sum diffinire. Quantum

Cynobothane.
 Cynanthemis.

D uero attinet ad tres species Anthemidis a Dioscoride descriptas, quarum una albos, altera purpureos, tertia uero mellinos flores habet, puto de illis herbis esse dictum, quas frumentarias uulgo appellamus: inter quas sunt quae flores habent purpureos. Quidam Melanthion esse arbitrantur, eo quod semen nigrum habeat: sed Melanthion odoratius esse conspicitur. Verum locus subobscurus est, quare alijs coniecturam permittimus.



Calendula officinalis, L.
C.B. 275

Ringelblüm.

1537. 257



Chrysanthemum Leucanthemum L.
C. S. 261
Sm. Pl. 3. 449

Gänseblumen.

1537.258

DE QVINTA SPECIE PARTHENII, A

id est, Oculo bouis, uel Vaccino, siue Cotula non
fētenti. Rhapsodia XLIX.

B DIOSCORIDES, lib. 2. de Buphthalmo.
BUPHTHALMON quidā Cachlam uocāt, alij Balsamenā, Magi
Hæmoran, alij Mercurij geniturā, alij Aphthitis semen, aut Mnesitheu,
Romani Cappacoraniā, Aphri Narat. Tenuēs emittit cauliculos, mol-
lesq; folia Feniculi, luteū florem Anthemide maiorē, oculi similitudine.
Vnde nomē traxit. Circa oppida nascitur, & in campestribus. Flores cū
cærato triti, tumores duriciasq; discutiunt. Aiunt epotā post exitū a bal-
neis, regio morbo correptis, colorem tractu temporis reddere.

HERM. BAR. Corollarium de Buphthalmo.

Buphthalmos, siue Buphthalmon, siue ut Hippocrates Euanthemon, fruticosa caulibus,
qui & mādunt decocti. Flores huius maiores multo, acrioresq; sentiunt, q̄ Anthemidis. Differt
a Butomo frutice palustri, Orchomenio lacu plurimo, caule inoffensissimo, peculiari quodā
leuore, folio harūdinis angulari, fructu nigro, Mali amplitudine, sexu duplici. Mas fœcūdus, fœ-
mina uilitiū ad nexū utili. Pars ab radice tenera mādūt, puerorū cibo grata. Buphthalmon uero
eandē esse cū Chrysanthemo uocata, puto, de qua Quarto lib. Dioscori. hæc ipsa repetit. Facitq;
q̄d Aleman poëta, Calchan, siue Cachlan, hoc est, Buphthalmon, ita noiat, ut aureū torquē ex
huius cōstare floribus oñdat, χρύσειον ὄρμον ἐκὸν ῥαδιανὰν πετάλοισι κάχλαν. Nicolaus Damascenus
lacū sub Alpes esse scribit, multorū stadiorū circūitu, ubi toto fere año flores suauissimi odoris
& coloris præstātissimi per ambitū uisan̄, similes Buphthalmo. Non uideēt hæc Buphthalmos
esse, quā rustici Bouis oculū, et Cotulā cognomēto, fœtidā ab odore appellāt, pratensam her-
bam: q̄ eius candidi flores sunt, Buphthalmi uero lutei, ut Dioscori. & alij testant̄: etiā si cætera
satis cū ea congruāt. Est & alia Buphthalmos, de qua in Cucumere syluestri dixim⁹. Buphthal-
mon Dioscori, et Hæluron dici meminit. Ego & Hælurion uocari quandā stirpem lego apud
Photionē: diuersa, nec ne sit, haud constat. Porro Hæluros animal est, q̄d nos Felem appella-
mus, uulgo, ut quidā interpretant̄, Cattus: q̄d & Aegiluros quoq; dicitur a poëtis. Inuenio &
Chalcan uocari purpurā, & herbæ genus, quo purpura tingit̄, apud Photionē gramaticum.

Annotation M. Vergilij in eandem Buphthalmum.

Quæ Solis oculū Parthenion uocari caussa fecerat, per ambitū floris radiata folia, & in me-
dio discō colore luteo, eadē similē illi Buphthalmon noiri fecit. Figura floris em̄ in utraq; pau-
lo minus q̄ eadē: sola magnitudo discrimen facit. Eaq; ob caussam, nomen hæc sibi a maiore
maioris quadrupedis oculo inuenit, Bouisq; oculus dici uoluit: & si a magnitudine oculi sim-
pliciter potius dictā forte aliq; nō male credat, p̄sertim dicēte hoc ipso simplicit̄ esse ὀφθαλμοειδῆ,
q̄d tantū figura & specie oculi significat̄. Plinius tamē. 25. uolumine, capi. 9. his uerbis eā descri-
psit. Est et Buphthalmos similis boum oculis. Quē nos secuti, Bouis oculū interpretati simus.

Mihi apparet eum esse florem, quem uulgus hodie uocat Germanice, Gensblum: sed pla-
ne fœminam, quem & adpinximus. Nam masculam luteis in circumferentia foliolis, proinde
tauri oculum referentibus, hac uire habere non licuit. Nisi eum uelimus, quē idem uulgus Ca-
put Monachi, Germanice, Ringelbluom: id quod & alijs uideo placere. Quare & illum de-
dimus. Quanq; rectius hanc Chryson, uel Chrysanthemon liceret uocare.

Serapion de oculo Bouis cap. 158.

Bichar habet stipitē mollem, & folia similia folijs Maratri: & flos eius est citrinus, plus flo-
re Chamomillæ, similis flori Cotulæ: & ideo nominant eam quidam hoc nomine.

Acuitas & mordicatio sunt in ea plus q̄ in Chamomilla, & resolutio
eius est amplior resolutione ipsius.

A VICENNA libro secundo.

Bichar est, quæ nominatur Keusen, id est, oculus. Rosa eius est ci-
trini coloris, rubea, in medio grossior rosa Chamomillæ. Calida est in
secundo, sicca in primo.

B

Otho.

22

23



Chenopodium lamarckianum
 Sam. fig. t. 63

Güt Heynrich.

De Mercuriali Sexta specie Parthenij

R H A P S O D I A L.

C N O M E N C L A T V R A E

Mercurialis Herbæ.

Græcæ, *παρθένιον, λινόζωστις.*

Latinæ, Mercurialis, Linozostis, Parthenion, Herba Herculis, Unguentaria.

Germanicæ, *Bingelkraut. Scheisskraut. Mistmilt. Hundts milt. Scheissmilt. Speckmalten. Schosmelden. Kürwurz.*

L Historia Mercurialis ex Plinio, libro uicesimoquinto, capite quinto.

L I N O Z O S T I S, siue Parthenion, a Mercurio inuentus, ideo apud Græcos Hermupōan multi uocant: eā apud nos oēs Mercurialē. Duo eius genera, masculus: & foemina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramofo in cacumine, Ocimo angustioribus folijs, geniculis densis, alarum cauis multis, semine in geniculis dependente, semine copioso, Mari iuxta genicula stanti rariore ac breui, contortoq; foemine soluto & candido: & folia Maribus nigriora, foeminis candidiora: radix superuacua, prætenuis. Nascuntur in campestribus cultis.

De ratione nominis Mercurialis M. V E R G I L I V S.

C O M M E N D A T se statim diuino nomine Mercurialis herba, uulgaris alioquin, uinetisq; & cāpis fere omnibus nascens: aliqbus locis tam copiosa & efficax, ut sapore suo uina etiā inficiat, & bibentibus ingrata reddat. Vna, præcipuaq; illi in deſcienda aluo naturæ uis est, et a cunctis in medicinæ usu recepta. Numerauit, quo diximus in Polypodio capite M. Cato et hanc inter ea quæ familiā rusticam ad deſciendam aluum docebat, monens non multum ex ea accipiendū esse. Quæ uis qm̄ communis illi cum pluribus alijs est, non uidetur diuino nomine ornare eam debuisse. Credimusq; nos, quod in extremo capite ex aliorū fide a Dioscoride, & a Plinio. 25. uolumine, capite: 5. traditum est, diuini eius nominis causam illi fuisse. Id enim magis Deum hominibus ostendisse decuit, rarum, incognitū, multisq; omnibus seculis optatum: qui aut dum ægre ferunt, plures sibi nasci filias: uxorūq; suarū in eo sexu foecunditatē calamitosam sibi fore animaduertunt: aut dum nominis sui memoriā, generis subsidiū, heredes familiæ, & Reipub. ciues post se quotidianis uictimis & precibus reliſſe optant. Qua ratione aliā præstare id sibi possent, a Deo cognouerūt. Factumq; ex eo est, ut Græci *έρμουό πόναν*, id est, Mercurij herbam, latini Mercurialem uocauerint: notam uulgo, ut diximus, & quæ ob nimiam soluendi uim, quam habet, pro maledicto in gente nostra etiam nunc sit.

De eius temperamento Auerrois, lib. 5. Colliget.

Mercurialis calida est, & sicca in primo gradu: & est composita ex substantijs contrarijs, hoc est, stiptica, acuta, & aquea: & inest ei quando est recens, ut leuiter purget, ita quod est in principio primi gradus in medicinis purgatiuis: & ideo datur in principio febrium, ante digestionem: sicut dantur cassia fistula, tamarindi, & his similia. Et qui biberit ex succo mediam libram, purgat choleram grossam & phlegma. Et si coquatur in uino quando est recens, consolidat magna uulnera, & sanat ulcerationē factam ab adustione ignis. Et si folia ipsius coquātur in aceto, ualent multum passioni splenis. Et flos suus ualet in hoc amplius. Et ex succo eius fit

C caputpurgium : & tunc ualet multum materijs discurrentibus antiquis ad aures & ad nares .

I V V A M E N T A eius ex Dioscoride
libro quarto .

Vtraq; in oleribus manditur, ad aluum ciendam.

Cocta in aqua, epoto iure, bilem, aquamq; detrahit .

Constat, ut mares gignantur hanc facere, ut foeminae illam, si a purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur .

EX P L I N I O .

Hippocrates miris laudibus praedicauit Mercuriales, easq; ad hunc modum medicorum nouit nemo .

Ille eas uulug cum melle, uel rosaceo, uel Irino, uel lirino admouit. Item ad ciendos menses, secundasq; .

Hoc idem praestare potu, fotuq; dixit .

Instillauit auribus sardis succum, inunxitq; cum uino uetere.

Aluo folia imposuit, epiphoris, stranguriae, & uesicae.

Decoctum eius dedit cum Myrrha & Thure.

Aluo quidem soluendae, uel in febris, decoquitur quantum manus capiat, in duobus sextarijs aquae ad dimidias : bibiit sale & melle admixto, necnon cum ungula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius.

D Purgationis causa, putauere aliqui utramq; dandam, siue cum malua decoctum .

Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum ledunt .

Eadem Oribasius, Euporiston lib. primo .

EX IO ANNE VIGONIO .

Mercurialis elixata cum brodio gallinarum, & cum zuccharo sumpta, uentrem stipticum potenter mollit, & euacuat. Capo decoctus cum Mercuriali, deinde eius brodium per os adsumptum, uentrem molliendo, humorem crudum, & choleram nigram purgat .

EX HIERONYMO Herbario .

Mercurialis herbae aqua combusturas extinguit, & dolores mitigat.

NOTIO .

Non me preterit, esse qui Vulnerariam herbam, quae uulgato nomine inscribitur **Gütheynrich**, alteram Mercurialis herbae speciem constituent, uiribus & iuuamentis per omnia etiam aequalem . Hoc adeo mone re uolui, quod supra etiam testati sumus, ab alijs etiam inter Dracontia hanc censerí, quare utrobicq; illam posuimus .

De Septima specie Parthenij P A R I E T A R I A,

R H A P S O D I A L I.

DE hac herba, lege Corollarium Barbari, & disceptationem Leonice-
ni & Collinutij, supra in Matricariæ herbæ descriptione. Nam inibi Plin-
ius explicatur, et quid ille de Parietaria senserit. Inter Parthenia uero ad
numerari, uno ore confirmant omnes, in primis uero Apuleius.

DE N O M E N C L A T V R A.

ἑλίαν græce uocant, siue ἑλίτιν. Latine, Parietariam, Muralium, Per-
dicium. Vicariam. Vitriolam. Parthenion. Sideritim. Germanice,
S. Peterskraut. Tag vnd nacht.

Εικὼν eius ex Dioscoride lib. 2.

Folia habet Mercurialis hirsuta, cauliculos leuiter rubentes, & circa
eos ueluti femina aspera, adherentia uestibus. Nascitur circa turre & pa-
rietes: alicubi etiam circa sepes.

Admodum diserta, & scitu digna obseruatio circa Parietariam,
per M. Vergilium, & inibi de ratione nominis

Helxines, & eius alijs speciebus.

P L V R I B V S, & inter eas aliqt plantis alijs cōmunibus Helxine appellationi-
bus quondā indicata est. Testant̄ in græcis id Græcorū medici, qui Helxinē primo Perdiciū, Par-
theniū, Sideritim, & Heracleam uocari aiunt, Mox & Cissampelū. Duobusq; capitibus de eius-
dem nominis herba agentes, neq; eadē utriq; uires tribuentes, duas manifeste Helxines eodē
nomine, sed diuersa natura constituisse uidentur. Præter eos Nicander etiam in Theriacis suis
Parthenij primum, mox Helxines facta mentione, utraq; contra uenenata laudauit. ἢε καὶ ἑλί-
τιν, τίνος κλίματιν καλίουσι. Quo loco interpres eius, Clybatim, Sideritim, Parthenium, & Perdi-
cium, & omnibus his unam eandemq; plantam uocari ait: iterumq; καὶ μὴν παρθενίσι. &c. Ite-
rumq; idem interpres testatus est, Parthenium a quibusdam Helxinem, & Perdicium nomina-
ri. In latinis Plinius lib. 22. capite. 17. his uerbis græcos secutus est. Helxinem aliqui Perdicium
uocant: quoniam Perdices ea præcipue uescantur: alij Sideritim: nonnulli Parthenium. Non li-
cet in tam concordī tot testium fide, tam multis appellationibus dictam fuisse quondam Hel-
xinem, non fateri. Non ideo tamen credendum, unam duas esse plantas, notis & uiribus diuer-
sas. Oportet enim in cognominibus unum esse quod primo, uere, & per se nomine illo indice-
tur: tum ex similitudine ad id nomen alia admitti: quæ genus suum seruantia, in partem nomi-
nis tantum societatem, cōmunionemq; adoptione illa ueniant. Esse autem duas Helxines, dis-
similes naturæ inter se notæ ostendunt: & post naturam antiquiores græci, præsertimq; Paulus
Aegineta priuari, seorsūq; his uerbis de utraq; in. 6. agēs ἑλίτιν δὲ οἱ δὲ περδίτιον, ὃν δὲ παρθενίον,
οἱ δὲ σιδιρίτιν, οἱ δὲ ἡρακλειαν. δύναμις δὲ αὐτῶν ῥυπτική καὶ ἀτρέμας μεθ' ὑγρότητος ὑποψύχρον. Quod
est, Helxine sunt qui Perdicium, qui Parthenium, qui Sideritim, qui Heracleam uocent. Vis e-
ius est absterfione purgare, & cum frigida humiditate aliqua sensim leniterq; adstringere. Estq;
hæc Helxines capite hoc a Diosc. tractatæ ex Paulo historia, & medicina. Post quam statim idē
ait. ἑλίτιν καὶ κισσάμπελος διαφορικῶς ἐστὶ δύναμις, id est, Helxine, quæ Cissampelos dicitur, discuti-
endi uim habet. Huius nulla est in Diosc. historia. Habent quidem impressi, & pleriq; alijs codi-
ces, in fine capituli additam magis q̄ a principio descriptam breuissimam eius historiam & me-
dicinam, & quæ huic scriptori accreuisse manifeste uideatur. Eam alij interpretes suis æditioni-
bus coniunxerunt. Nobis, qui opus hoc eo consilio suscepimus, ut ex meliorum fide omnia in
Dioscor. instaurentur, contra uetustissimos, eosdemq; optimos testes uertere ea nō placuit: præ-
sertim discordi eius ab antiquis medicina, quam in discutiendo Paulus Aegineta, codices uero
illi in soluenda alio esse dixerunt. At quæ sunt Helxinæ, fatemur id quidem: non ideo tamen
in Dioscoride legenda quæ illi parum conueniant, & alijs discrepent. Potuit enim huic scripto-
ri satis esse, inter alterius appellationes huius generis meminisse: aut quod in plæriscq; alijs factū
est, perijisse huic capiti altera hæc Helxine. Ex his duas esse Helxines ratiocinari facile est. Alter-
am Mercurialis herbæ folijs, ut hic ait: ut autem Plinius, mixtæ similitudinis inter Plantaginē,
& Marrubium: alteram Hederæ, in uinetis nascentem, ideoq; Cissampelon uocatam. Illam pri-
mo & per se sic dictam; hanc illi congenerem, aut similem saltem; similemq; ut nos opinamur,

Abfyrus græcus.

C in tenaci uestium nexu illo. Hæc enim Helxines præcipua nota est, & unde factū illi nomen fuit. Quærendum post hæc etiam, unde tot aliæ illæ appellationes ad Helxinem irreperint; non utraq; sed ut nos credimus, priorē illā, quæ semina fert in capitibus lappaceis, uestibus adhaerentia. Possunt euentus eius in alijs plures esse causæ. Sed cur Perdiciū dicta fuerit, nulla, præter a Plinio & Theophrasto allatam: quæ scilicet semine eius perdices notissimæ aues uescunt: herbam quæ fodiant, & in ea uoluntantur. Iussit hoc nomine uocata uti Absyrus, ueterinariæ medicinæ græcus autor, contra iumentorum tussim. Verba eius sunt. βοτανήν ἢ ῥωμαῖοι περδίκιον καλοῦσι. Celsus etiam secundo medicinæ suæ libro, Murem herbam nominans, hanc intellexisse creditur: quoniam parietes & muros natalem sibi locum fecerit. Ob quam causam a multis aliquot locis Parietaria nunc etiam dicitur. Hic etiam ἐν φραγμαῖσιν καὶ τοίχοισι, id est, maceris et muris nasci ait. Sunt hæc appellationes hæc priori huic Helxine proprie ex diuersis causis illi assignatæ: Sideritis uero, & Parthenion alijs plantis proprie, huic uero additæ, & ex similitudine aliqua receptæ. Credimusque nos, Helxinem ideo Sideritim dictā, quæ utraq; Marrubij folio sit. At hic Mercurialis herbæ folio Helxinem describit: alij tamen, præsertimque Plinius mixtæ similitudinis inter Plantaginem & Marrubium. Vtraque folio aspera est. Sola enim asperitate uestes tenaci nexu hæc retinet. Vtraque etiam inter saxa nascitur. Cur autem Parthenios quondam diceretur, non satis modo nobis constat. Quæ hoc nomine dicta proprie fuerit, Anthemidi congener herba est, superiore uolumine inter Chamæmalum & Bouis oculum tractata. Cæteris, quæ plures in medicæ materiæ disciplina sunt, addita, & ex similitudine recepta ea appellatio est. Siquidem & Artemisia Parthenion dicta est. Esse autem Parthenion Helxines appellationem, non genus, manifeste indicat Paulus Aegineta: quæ cum de Helxine egisset, non multo post proposita Parthenio, id tantum ait, ἕρπεται ἐν τῇ ἑλξίνῃ, quod est, Dictum in Helxine: quasi per se Parthenion nulla est, sed ex multis una Helxines appellatio. Vulgo fere nota Muralis, Parietariaque hæc Helxine. Quemadmodum contra cognitu difficilis quæ Cissampelos primo: eamque ob causam nominata est, quæ Hederæ folio in uinetis nascitur: ex qua eius naturæ factæ aliæ illæ appellationes etiam sunt, Melampelon, & Cissanthemion. Omnes enim coniunctum sibi Hederæ nomen habent, natalis loci, & foliorum eius index. Obseruatū pluribus locis in scriptore hoc a nobis est, plantarū genera, non nomina appellationibus his ab eo numerari. Factūque id hoc loco credimus: quoniam sunt quæ in nominibus his utriusque generi Helxines seorsum comperant: discreuisseque eas ex his quæ hæcenus dicta sunt, non erit legentibus difficile. Adijciemus illud etiam, quam hic polyonymon, id est, multi nominis appellationem Helxines esse ait, ad priorē illam pertinere. Ea enim est quæ tam multis nominibus indicatur.

V I R E S eius & Iuuamenta.

Folia refrigerandi spissandique naturam habent.

Qua ex causa sanant illitu ignes sacros, adusta, cōdylomata, incipientes panos, tumores, inflationesque.

Succus eius cum cerusa, ignibus sacris, & ulceribus quæ serpunt, aptissime illinitur. Imponiturque podagris cum hircino seuo, aut cerato cyprino.

Veterē tussim adiuuat, cyatho hausto.

Tonsillis inflammatione turgentibus, utilissime & gargarizat & illinit.

Succus in aurium dolore iuuamen præstat.

E X A P V L E I O.

Est Parietaria, ut græci ferunt, uirtutis stipticæ: denique ad similes causas ut Arnoglossos herba adhibetur.

Herba Perdicialis coquitur in aqua, & eadem aqua fouebis pedes, uel genua: deinde ipsam tussam cum axungia, impones pedibus, panno inductam, uel supra genua, sanabit mire.

E X I O. V I G O N I O.

Parietaria calida est & sicca in tertio, uidelicet folia. Est uero semen eius frigidum & humidum. Tametsi alijs placet, frigide & stipticæ esse complexionis. GALENVS tamen octauo simplicium pharmacorum, capite Helxine, dicit, Semē eius uirtutem habet expurgandi leuiter,

cum aliquali stipticitate, cū frigiditate & humiditate sociata. Paritaria in A
 super, in patella calefacta, cum modico uini, & parū petrosilij foliorum,
 una cum cressonibus pectini applicata, potentissime urinam prouocat:
 & supra uentrem, ordine iam dicto imposita, intestinorum dolorē tollit.

Insuper decocta cum maluis, rosis, absinthio, matricaria, furfure, & ex
 corticatis fabis, deinde pisatis omnibus, & cum sapa iterum bullitis, usq̃
 ad spissitudinem solidam, postmodum more emplastri administratis o
 mnibus, lacertorum attritionibus, & musculorū contusionibus optime
 opitulatur.

¶ De Artemisia Octaua specie Parthenij Rhapsodia LII.

¶ NOMENCLATURA

Græcæ, ἀρτεμισία. ἀνακτίριος. τοξυθησία.

Latinae, Artemisia. Serpillum maius. Rapium. Herba regia. Va
 lentina. Oulus regium. Parthenis.

Germanicæ, Beyfußz. Bucken. S. Johans gürtel. Soñen wēdel.

Historia Artemisiæ ex Plinij lib. 25. cap. 7.

ARtemisiam inuenit prima, & ostendit Artemisia uxor Mausoli, quæ
 antea Parthenis uocabatur. Sūt qui ab Artemide Artemisiam cognomi
 natam putent: quoniam priuatim medicatur sceminarum malis, Absin
 thij autem modo fruticosa, maioribus folijs, pinguibuscq̃. Ipsius duo ge
 nera, altera latioribus folijs, altera tenerioribus, & non nisi in maritimis
 nascens. Sunt qui in Mediterraneis eodem nomine appellāt, simplici cau
 le, minimis folijs, flores copiosi erumpentes. Cum uua maturescit odore B
 non iniucundo, quam quidam Botrya, alij Ambrosiam uocant. Talis in
 Cappadocia nascitur.

¶ De Artemisiæ nomenclatura & origine M. Vergilius. De diffe
 rentia præterea illius ab Matricaria, quam supra primam
 Parthenij speciem posuimus.

In multo nominum ambitu & honore quondam Artemisia fuit. Parthenis, id est, uirginā
 lis primo dicta, q̃ uirgo Dea scilicet nomen illi dederit. Μοx βασιλικόν λιχάνον, id est, regium
 olus. Tum ex eadem causa, Anactorium. Anactas enim Græci uocant. Ephesia a regione di
 cta eadem est. Quemadmodum a præsentī remedio & ope, Sozusa, id est, salutaris. Romani
 Regiam herbam Græcorum exemplo: & si recipiendum id sit a similitudine, Serpillum maius
 dixerunt. Et hæc antiquioribus Artemisiæ nomēclatura fuit. Ex posterioribus alij in Canna
 bis genere Artemisiam numerauerunt: congenerem illi facientes, & eodem illi nomine eam in
 dicantes. Alij Matricariam, notum omnibus olus esse Artemisiam testati sunt. Quod non ali
 unde, ut credimus, q̃ ex duplici eius genere factum est. Quæ enim ab hoc scriptore Monoclo
 nos, a Plinio aut simplicis caulis nominatur, non dissimili penitus figura, præsertimq̃ ob singu
 larem, quæ profert caulē, a Cannabe describitur. Quæ cōtra Absinthij modo fruticosa ab hoc,
 & ab alijs traditur, facile ob quas habet uires ad nostri orbis, & nostræ ætatis Matricariā transf
 ferri potuit. Quod & si græcorū de Artemisia historiæ oīno non respondeat, nec certo aliquo
 autore confirmari possit, non reñciendum tamē penitus est. Egregia em̄ in mulieribus. Dico aut
 nūc muliebria, quæ Græci γυναικεία uocāt. Longius in Acoro a nobis tractata Artemisiæ uis est.
 Credendūq̃, non aliunde q̃ a matricibus posteriori Matricariæ nomen fecisse posteriores.

De Temperamento eius.

Calefaciunt oēs eius species in secūdo ordine, arefaciuntq̃, aut in pri
 mo largo, aut secundo incipiente, suntq̃ mediocriter tenuium partium.

C

Vires eius et Iuuamenta ex Dioscoride lib. 3.

Feruefactę conuenienter Artemisię, in muliebres desessus adijciuntur, ad detrahendos menses, partus, secundasq;.

Item ad preclusiones uulvę, & eiusdem inflammationes. Calculos cõminuunt. Remorata[m] urinam cient. Menses pellunt, publi illitę.

Succus uulvę illitus ex Myrrha, eadem quę infessio trahit.

Coma tribus drachmis eorundem educendorum gratia bibitur.

EX APVLEIO.

Herbam Artemisiam monocaulon, si quis iter faciens, eam secum in manu portauerit, non sentiet laborę itineris. Fugat et demonia, et domi posita prohibet mala medicamenta, auertit oculos malor; hõim. Cũ axungia tusa & imposita, dolorę pedũ tollit. Pisata quoq; & in puluerem redacta, cum aqua mulsa, potui data, intestinorum dolorem sedat.

EX PLATEARIO.

Artemisia mater herbarũ dicitur, est calida & sicca in quarto gradu. Folia eius magis cõpetũt usui medicinę q̃ radices, & uiridia magis q̃ sicca.

Valet cõtra sterilitatem faciã[m] ex humiditate: nam si ex siccitate esset, obesset. possunt autem hęc satis perpendi ex complexione mulierum. s. an sit corpulenta, uel macilenta. Datur autem cum puluere Bistortę, & nucis Muscatę, & zuccharo, per modum electuarij. Prodest tamen magis si balneetur in aqua, in qua cocta sit Artemisia, & folia Lauri.

Ad menstrua prouocanda fiat pessarium ex ea, uel decoctio.

D

Contra tenasmonem, recipiat patiens fumum colophonię per anum positę super carbones: deinde calefaciat Artemisiam super tegula, & calefacta ponat super lapidẽ molarẽ, & desup sedeat infirmus. Probatũ est.

Contra glandulas, quę nascuntur iuxta anum, fiat prius circa eas scari ficatio: postea ponat puluis Artemisię, & Marrubij. Contra emigraneã detur opiata aliqua cum aqua calida, uel cum uino decoctiõis Artemisię.

EX IOANNE VIGONIO.

Artemisia est calidę, et siccę complexionis circa tertium. Eius posse, est loca neruosa confortare. Et bullita cum uino & rebus anodinis, in forma epithimi administrata cum spongia, uel lotionem facta in eius decoctione, ut supra, loca neruosa potentissime confortat, cum aliquali resolutione. Valet etiã mirabiliter in tenasmonem a frigiditate causato, isto modo. Recipe Colofoniam puluerizatam, cum nuce Cypressi, & aliquantulum thuris: deinde pone puluerem super prunis ignitis, & recipe fumum: postea habeas Artemisiam in debita quantitate, recentem & calefactam super tegula, prius irrorata uino stiptico: super quam sedeat patiens: quia mirabiliter tenasmonem sedat, & est medicina experta.

EX HIERONYMO Herbario.

Aqua Artemisię somnum inducit. Facit procreescere barbam illita. Tineas capitis exterit. Ictericam expellit. Et hydropisi incipienti medetur. Stomachum confortat, & pectus. Lassitudinem, & defatigata membra refrigerat illita. Partus accelerat, bibita pondere unc. i. Fœtũ mortuum expellit pondere unc. iij. pota. Mala quoq; accidentia, & tumores, & alia reprimat & pellit quę mulieribus circa pudenda accidere solent. Tussim mitigat, pota mane & sero. Urinam inducit & calculos, Renes opilatos aperit. Venenorum quoq; unica antidotus est.

¶ F I N I S.

C R H A P S O D I A R V M
Catalogus.

Anagallis. 2	238	Hepatica 2	96
Aristolochia 2	89	Hyoscyamus 1	225
Arona 1	56	Lilium conuallis 1	211
Artemisia. <i>by f. p. s.</i>		Linum 1	170
Asarum 1	71	Linaria	193
Basilicon 1	206	Malua	197
Betonica 1	89	Marrubium 2	160
Borrago 1	112	Matricaria 1 <i>multivary</i>	226
Buglossa 2	112	Mercurialis <i>by f. p. s.</i>	261
Buphthalmos 1	259	Narcissus Maitus 2	129
Capillus Veneris 1	219	Narcissus Martius 1	182
Catapucia	229	Nenufar 2	38
Chamædryas 1	125	Nigella 1	222
Chamomilla	252	Oculus bouis 2	259
Chelidonia 1	236	Parietaria. <i>by p. r. f. s. p. s.</i>	263
Colubrina 3	62	Pentaphyllon	230
Consolida 2	77	Perfoliata 2	181
Consolida Regalis 1	82	Pes Coruinus 3	125
Consolida media 1	93	Plantago 3	25
Coriandrum 1	203	Pulegium 1	227
Cotula foetida 1 <i>by f. p. s.</i>	255	Sanicula 1	81
Cotula non foetens.	259	Satyrion 6	107
Cynoglossa 2	176	Saxifragia 1	185
Esula	192	Scrophularia 3	215
Eufragia 1	169	Tanacetum 1 <i>by f. p. s.</i>	251
Fumus terræ 1	99	Tormentilla 1	85
Gauchblum 1	217	Verbena 2	120
Hackkraut 1	218	Vinca peruinca 1	178
Hedera terrestris 1	167	Vngula Caballina 1	22
Helleborus 1	30	Violæ 2	137
Herba Paralifis 2	96	Vrticæ 2	152
Herba saponaria	230		

I N D E X.

I N D E X

Contentorum.

¶ A

Adiantum. 219 b
 Adianti miracula. ibi.
 Alcea. 199 a
 Ampeloprason. 162 c
 Anagallis duplex. 238, 239
 Vires earum. 240
 Antipater. 98 c
 Aparine quæ sit. 45 a
 Arborea quædam Dijs consecrata. 3 b
 Arction duplex. 44 d
 Ari duæ species. 57 b
 Aronæ eicon. 56 c
 Aronæ, Dracontij, & Arifari controuer-
 sia. 57 a
 Aronæ vires. 53 d, 59 a b, & seq.
 Aristolochiæ duplicis descriptio. 49 a b
 Aristolochia Clematidis. 60. b
 Aristolochiæ genera quatuor. 49 b
 Aristolochiæ utriusq; vires. 53 a
 Artemisiæ descriptio. 265 a b
 Vires eius. 265
 Asari descriptio. 71
 Asari, & Baccaris controuersia. 72 d
 Asari vires. 73 a b

¶ B

Balote. 161 b, 162 d, 163 a
 Baptifecula. 137 b
 Batis marina. 197 b
 Batrachium, Pes coruinus, Apium syluestre
 idem. 147 b
 Betonica. 89 a b, & seq.
 Betonicæ inuentores. 60. a
 Betonicæ supersticiosa uis. 90 c
 Eiusdem vires: 91 a b, & seq.
 Bipennula. 186 d
 Bistorta, Tormentilla, uel Consolida ru-
 bea. 86 c
 Borraginis & Buglossi eicones, & descriptio-
 nes. iii. & seq.
 Buglossus uulgata, Borra-
 go est. 114 d
 Buglossi uis præcipua. ibi.
 In Buglossis & Boragine neotericorum pu-
 gnantia. 116 c
 Earum vires. 117 b, & seq.
 Buphthalmos. 259 a b

¶ C

Calcifraga. 186 c
 Callitrichon. 220 c
 Cantherium. 163 b
 Capillus Veneris. 219, & seq.
 Vires eiusdem. 222 c d, & seq.

Cercis. 199 a
 Coeliaca. 148 c
 Chamæcissos, 167 b
 Vires eius. 168 d
 Chamædaphne. 179 a b
 Chamædaphne duplex. 181 b
 Chamædaphne alia a Peruinca. 179 b
 Chamædrys. 125 a b
 Eius vires. 126 d,
 & 117 a b, ac seq.
 Chamomilla. 252
 Vires eius. 253
 Chamæmilon. 248 c
 Chelidonia. 236, & seq.
 Chelidonia duplex. 236 d
 Vires earundem. 237 b
 Cimbalaris herba. 100 c
 Clematidis vires. 53 b,
 & seq.
 Colubrina. 64 c
 Colubrinæ genera quatuor. 65 a
 Consolida regalis. 84 c
 Consolida media. 95 a
 Eius vires. 60. b
 Coriandrum. 205
 Coriandri satio. 204 c
 Vires eiusdem. 60. d,
 & seq.
 Coriandri nocumenta. 205 b
 Eiusdem correctio. ibi.
 Coronopus est Pes galli. 148 d
 Eius synonyma. 150 c
 Cotæ duæ. 243 d
 Cotula. 60. c, 255 a b
 Crotos. 130 c
 Crus galli. 145 b, 146 c,
 & seq.
 Cyanos. 137 b
 Cyclamini explicatio per Collinutium. 50 d,
 51 a b, & seq.
 Cynoglossa. 175, 176 c d
 Cynoglossæ etymologia. 177 a
 Cynoglossæ vires. 60. a b.

¶ D

Dracunculus duplex. 64 c d
 Dracunculi pictura. 60. d
 Dracunculorum omnium explicatio do-
 cta. 65 b, & seq.
 Eorum vires. 69 a b, & seq.
 Dronega, Lappa maior. 45 a

¶ E

EBenotrichon. 220 d
 Echion, quid sit. 44 c
 Empetron. 185, 186, & seq.
 Esulæ species, & descriptio. 193 a b
 Vires earum. 194, & seq.
 Eufragia. 169 a b
 Eufragia ueteribus ignota. ibi. b.

I N D E X.

C F

Flammea. 138. c
 Fumus terræ, seu Fumaria herba. 99 -
 a b, & seq.
 Nominis ratio. 100 d
 Eius vires. 101 b, & seq.

C G

Galli crus. 149 b
 Gamandræa. 135 a b
 Genciana. 3 b
 Gramen aculeatum. 149 a.

C H

Hedera terrestris. 167 a b
 Hellebori nigri descriptio, & inuen-
 tio. 31 a b
 Hellebori utriusq; differentia. eo. b
 Hellebori albi vires. 32 d, & 33 a b
 Hellebori nigri vires. 33 b
 De Helleborismo Hippocratis. 34 c d
 Hellebori utriusq; nocumenta. 35 b
 Helxine. 246 c, 248 c
 Hepatica. 190 d, & seq.
 Vires eius. 192. c d
 Herbarum primi demonstrato-
 res. 2 d, 3 a
 Herbarum quarundam inventores Dñi ibi.
 Herbarum inuentores ex hominibus cla-
 ri. 3 b
 Herbas inuenere & regiones. 4 c
 Herbas inuenerunt & animalia bru-
 ta. 4 d, 5 a b
 Herbarum scriptores. 5 b
 Herbaria medicina antiquissi-
 ma. 6 c
 Herbarum miracula. eo. d, 7 a
 Herbarum insolentes quarundam natu-
 ræ. 7 b
 Herbarum medicina salubrior cæte-
 ris. 12 d, & seq.
 Herbarum neglectus, unde irrepsit. 16 d
 Herba paralisis. 96, 97
 Eius vires. 98 d
 Herba Impia. 98 c
 Hermodactyli. 129 a b
 Horminum. ibi. a
 Hyoscyamus. 124, 125 a
 Eius vires. 125. & seq.

C I

Iouis flos. 138. c
 Iliionis sanguis. 162. c

C L

Lapidum aliquot naturæ. 7 b, 8 a
 Lilium conuallis. 111. & seq.

Vires eius. 212 c
 Vinum Lilij conuallis. eo. d
 Linum. 170 c
 Lini genera. ibi.
 Lini miraculum. 171 a
 Lini satio, genera, & quomodo perficia-
 tur. eo. a, 173 b
 Ex Lino Germanorum uestes fi-
 unt. eo. b.
 Lina quæ olim optima. 171 b
 Ex Lino insidiæ auibus, piscibus, & fe-
 ris. ibi.
 Linum ægyptium. 172 c
 Lini maturitas. eo. d
 Lini præparatio. ibi.
 Linum nere, & uiris deco-
 rum. ibi.
 Linum uiuum. ibi.
 Linum Asbestinum,
 & Byssinum. 173 a,
 ibi.
 Lini vires. 174. c
 Linozostis. 161 a b

C M

Malua hortensis. 197 a
 Malua Ibisus. eo. b
 Malua Erratica. ibi.
 Malua Althea. ibi.
 Malua Alcea. ibi.
 Malua Vnicaulis. 198 c
 Maluæ genera duo. 198 d, 202 d
 Vires Maluarum. 199 a b,
 & seq.
 Maluæ conditura. 246,
 & seq.
 Marrubio multæ herbæ similes. 160 d
 Marrubium duplex. 162 c
 Marrubij honos apud uete-
 res. 162. d
 Marrubij edulium. 165 b
 Marrubij uinum. 164 c
 Marrubij etymologia. ibi.
 Marrubij appellatione, fœmina intelli-
 tur. eo. d
 Marrubij præparatio. ibi.
 Marrubij vires. ibi.
 & seq.
 Matricaria. 246,
 & seq.
 Vires eius. 249 b
 Medicos recentiores, omnia ex ueteribus di-
 dicisse. 15 a
 Mercurialis. 261 a b
 Vires & monumenta eius. 262
 Moly. 2 d, 3 a
 Morbis singulis, singulos Medicos adhibe-
 haot Aegyptij. 262 d

I N D E X.

C N

N Apellum, Aconitum. 147 b
 Narcissus. 129 b
 Narcissi eicon & genera. 30 c d, & 132 c
 Narcissus congener Lilio. 131 b
 Narcissus a narce dictus. ibi.
 Narcissi nomen uagum & commune mul-
 torum. 130 d, 132 d
 Narcissus mas & foemina. 133 a
 Eius uires. eo. b
 Narcissus Martius. 124 c d
 Nenufari eicones. 56 37
 & nomenclaturæ. 38 c
 Eius genera duo. ibi.
 Eius uires. 39 a b, & seq.
 Nigella. 142 c d
 Vires eius. 243 a

C O

Oculus Bouis. 259 a
 Ozymum. 106. & seq.
 Ocimum. 107 a b
 De Ozyimi satu. 208 c
 Ozymum syluestre. eo. d
 Vires Ozyimi. 207. d, & seq.
 Oriza. 161 b

C P

P Ampinella. 136 d
 Parthenium. 246 d
 Parthenij genera tria. 248 c
 Paritaria. eo. c
 Parietaria. ibi. 263 a b
 Pedis coruini eicon triplex. 143. 144. 145 a
 Eius descriptio. 145 b, & seq.
 Pentapetes. 234 d
 Pentatomon. ibi.
 Pentadactylon. ibi.
 Pentaphylli uires. 235 a b
 Personata. 43 c d, 45 a
 Persolata. 45 a
 Persoluta. ibi.
 Persona. ibi.
 Personacia, quare Lappa dicta. 43. a
 Persoliata duplex. 182. 183
 Peruinca. 178 d, 129 a, 180 c
 Petasite. 45 d
 Petrasindula. 188 c
 Pharmaca simplicia quæ
 Pharmacorum abusus. s d, & seq.
 Pimpinella. 186 d, 188 c 189 a
 Pimpinellæ conditura. 189 b
 Vires eius. ibi.
 Pistolochia. 49 b
 Pes coruinus, Leoniceno est Pentaphyl-
 lon. 232 d
 Plantaginis eicones tres. 23 24 25 a
 Plantago duplex. 26 c, &
 earum descriptio. inibi.

P Plantago item triplex. 27 a
 Eius uires. 27 a b, & seq.
 Polyanthemus. 150 c
 Polytrichon. 220 c
 Porrum. 162 c
 Porrum uitigineum. ibi.
 Porrasellum. ibi.
 Prason. 163 a
 Prasion. ibi.
 Prasoides. 189 a
 Pseudoselinon. 294
 Pulegium. 227, & seq.
 Eius uires. 228 c d
 Pulegij syluestris remedia. 229 a
 Pulegio societas cum Nepeta. eo. b
 Punctorum ratio, & utilitas. 181 a

C Q

Q Vinquefolij descriptio. 271 a

C R

R Ifus Sardonijs. 150 d
 Rizum. 161 b

C S

S Aniculæ descriptio. 91 a b
 Eius uires. 82 c d
 Sanguisorba. 186 d
 Sardea herba. 150 c
 Satyrionis eicones sex, a fol. 103, & seq.
 Satyrionum descriptio. 107 a b, & seq.
 Satyrionis genera. 109 a
 Satyrion foemina. ibi.
 Omnium uires. eo. b, & seq.
 Saxifraga. 185 a b, 186 c
 Saxifragiæ species quatuor. 188 c
 Vires eius. ibi.
 Saxifragiæ conditura 189 a
 Scopa regia. 138 c d
 Scordion. 3 c
 Scrophularia. 215
 Eius genera. ibi.
 Vires eiusdem. 216 d
 Serpentaria. 65 a, &
 & eius descriptio. 67 b
 Sillago 149 a
 Simplicia terræ nostræ, eadem possunt quæ
 ultramarina. 14 d
 Simplicia qua animaduersione ministran-
 da. 73 b
 Solidago. 78 d
 Stachys. 162 c
 Stillago. 149 a
 Symphyti duplicis descriptio. 77 a
 De Symphyto error Auicennæ. 78 c d
 Symphyti uires. 79 a b

I N D E X.

T			
Extoria apud Germanos laudata.	171 b	Viola loripes.	136 c
In Theriacas adulterinas.	10 d	Viola Sarranae.	ibi. 137 a
Tormentillae descriptio.	85 b. 86 c d.	Viola Sessiles.	ibi.
	126 d	Viola Leucoiae.	ibi. & seq.
Tormentilla, uera Pentaphyllon.	86 c	Viola Cheiri.	ibi.
Tormentilla, Bistorta.	86 c	Viola claudae.	ibi.
Eius uires.	87 a b	Viola muraria.	eo. d
Trixago, Chamædrys, Chamædrops.	126 c	Viola cybelios.	ibi.
Eius uires.	eo. & seq.	Viola ligustria.	137 b
Tussilago, species Vngulae caballinae.	45 a	Viola cerulea.	ibi.
Tanacetum.	251	Viola phlogios.	ibi.
Eius uires.	ibi.	Viola Tusculana.	138 c
		Marina, Calathina, Caltha.	ibi.
		Viola ferruginea.	139 a
		Violarum uires.	141 a b
		Syrupus Violarum.	eo. b
		Oleum Violarum.	ibi.
		Vinum Violaceum.	14 c d
		Ulcera.	161 b. 163 b
		Vngula caballina.	42 c
		Eius uires.	45 b
		Vrticarum genera.	154 c
		Vrtica Cania.	eo. a
		Vrtica Herculeana.	ibi.
		Vrtica iners.	ibi.
		Vrticarum laus.	155 d
		Vrtica Nida.	ibi.
		Vrticarum usus.	ibi.
		Vrticarum sexus.	eo. b
		Vrtica labeo.	ibi.
		Vrticarum uires.	155 b, & seq.
V			
Vaccinium.	137 a		
Varietas, mater imposturae.	11 a		
Vela linea.	173 a		
Verbascum altera species Personatae.	44 d		
Verbenae utriusque eicones, & descriptio.	119.		
	120, & seq.		
Verbena superstitiosa.	121 a		
Vires utriusque.	122 c d, & seq.		
Veterum frugalitas	15 b 16 c		
Vinca peruinca	178 d		
Eius uires.	181 b		
Violarum eicones, species & genera.	134.		
	135, & seq.		
Viola purpurea.	136 c		
Viola, quare Ion dicta.	ibi.		

C O N T E N T A Appen

pendicis sequentis.

- De usu & administratione Simplicium.
 Herbarum usus qui primi scripserunt. Illarū inuētio. Deq̃ antiqua Me
 dicina. Et quare hodie minus exerceantur earum remedia.
 Laus Agriculturæ.
 Agriculturæ studium apud Vēteres.
 Illustres Romæ Agrorum & Hortorum cultores.
 Agricolarum laus, & quæ obseruanda in agro parando.
 Hortorum cura.
 Ratio rigandorum Hortorum, & quæ translata melius fiant. Deq̃ suc
 cis & saporibus hortensiorum.
 De Hortorum morbis, & remedijs circa formicas & culices.
 Herbarū qualitates quemadmodū ex colore, odore & succis uestigandæ.
 Quibus temporibus maxime legendæ Herbæ.
 De Herbarum differentijs uarijs.
 Differentiæ Seminum, Succorum, Odorum, Saporum, Arborum, flo
 rum, &c.
 Differentiæ Radicum.
 Differentiæ & genera Vitium.
 Classes Temperamentorum.
 Gradus Herbarum.
 Herbarum operationes & effectus uarij.
 Tabula medicinarum, & animalium uenenosorum.
 Tabula Eduliorum.
 Tabulæ Cathartorum tres.
 Tabula Euacuantium.
 Tabula Confortatiuorum.
 Tabula Digestiuorum.
 Tabula eorum quæ conueniunt singulis membris.
 De partitione Humorū & Qualitatum, Tab. 1.
 Tabula Rerum Naturalium.
 Tabula Rerum non Naturalium.
 Tabula trium Rerum contra Naturam.
 De præcognitione quatuor Humorū prædominantium.
 Tabula De temperamento Corporum.
 Tabula De differentijs Morborum.
 Tabula de differentijs Pulsuum.
 Tabula de iudicijs Vrinarum.
 Tabula Febrium, ultima.

De usu & administratione Simplicium, per eundem

O T H O N E M B R V N N O

F E L S I V M.



VM O M N I S disciplina tribus potissimum constet, præceptione scilicet, usu, & imitatione, tum maxime in re medica: adeo non est postremus usus rerum, ut si nescias tractare & applicare quod multo sudore didiceris, non solum nullam frugem effeceris, uerum multorum etiam cum periculo peccaueris. Opere precium igitur nobis facere uidemur, si post herbarum & cognitionem, & uires, earum etiam aliquam methodum præscribamus, quibus scilicet niti auxilijs, quæ ingredi uia debeant, qui illas laborantibus aliquando sunt exhibituri. Siquidem uidemus hic labi magnos etiam medicos, imò & agyrtas & empiricos, nedum eos qui ex uulgo sunt, qui nullam rerum cognitionem habent. Qui cū simplicibus rebus morbos aliquando aggrediuntur, adeo nihil efficiunt, ut magno etiam cum ægrorum dispendio morbos deteriores faciant, ac subinde desperatos, & incurabiles reddant. Atq; hæc scio, an sit alia perniciosior pestis medicinæ, quæ quod dissimulatis philosophiæ rationibus, & primis eius elementis, inepti quidam, & Thessalijs asini, quiduis propinant cuilibet, idq; pro quolibet, nullo adhibito iudicio, nullis consideratis circumstantijs, cui sexui, quo tempore anni, in qua ætate, quo in loco, & cui morbo singula sint ministranda. Quo fit tandem, ut non solum nullos consequantur effectus rerum, uerum etiam artem ipsam ludibrio exponant. Nec mihi dubium est, quin omnis ille Simplicis medicinæ contemptus, inde irrepsit, quod cum stultis hominibus, non protinus omnia responderet eorum stupori, ignauiam ineptorum artificum, reiecerunt in uanitatem scientiæ & naturæ: ut plane expediuisset, nulla hæcenus herbaria scripta fuisse: cum illa tam multis exitio fuerunt. Refert igitur, ut in Compositorum pharmacis, ita & in Simplicium rerum effectibus contemplari: non quid herba ipsa solum in libro polliceatur, uerum quo tempore etiã culta sit, quo in loco prouenerit, quando collecta, quomodo seruata, quantum uirens & succulenta, quantum exiccata, & arida ualeat, quo temperamento sit, qua proportione ite ministranda. De quibus cum referti habeantur Medicorum libri, a nobis tamen sic dicentur compendio singula, ut qui nostra legerit, admoneatur eorum fere omnium, quæ alij prolixis commentarijs prosequuntur, nouo scribendi genere, idq; adeo per tabulas. Quod artificium, præterquæ quod uehementer utile existit, etiam succinctum est, & plurimum oblectat: p- inde memoratur facilius. Eas uero tabellas anteq; proferamus, prius pauca quædam ex Plinio, Dioscoride, Theophrasto, Varroneq; et Columella de re rustica, deq; hortorum cultu, præmittemus. Sunt enim & hæc omnia quæ uiam præmuniunt ad exactam herbarum cognitionem: quæ tametsi Doctoribus perspecta habentur, tamen inopia librorum compressis, non medio cre sunt compendium. Alioqn & in toto opere nihil oportuisset citasse autorum: cum omnia ex alijs autoribus transcriberemus. Et iam antea aliquoties monuimus, & nunc denuo contestamur, malle nos ingenue fateri per q; s, pferimus, quæ nostra scribilibigine, nequissime ueteres autores ad uerbum transcribere, neq; nominare. Quod cū hodie faciant quidam, qui antiquata gloria ueterum (qui tamen longe melius, longeq; doctius scripserunt) & alienos labores suos faciunt, Germaniæ lumina uocantur. Poteramus & nos tragicum aliquod huiusmodi moliri, nisi obnoxij plane animi esset, & infelicis ingenij, ut inquit Plinius, deprehendi in furto malle, quæ mutuum reddere, cum præsertim fors fiat ex usura. Sed omissa contentione, ad nostram Isagogen pergamus.

A

B

De his qui latine usus Herbarum scripserunt, & quando ad Romanos noticia earum peruenerit. Item de Herbarum inuentione, & antiqua medicina, & quare hodie minus excerceantur earum remedia. ex Plinij libro uicesimo quinto, capite secundo.

MI N V S hoc quæ par erat, nostri celebrare, omnium utilitatum & uirtutum rapacissimi. Primusq; & diu solus idem ille M. Cato, omnium bonarum artium magister, paucis duntaxat attigit. Boum etiam medicamina non omissa. Post eum unus illustrium tentauit C. Valgius, eruditione spectatus, imperfecto uolumine ad diuum Augustum, inchoata etiam præfatione religiosa, ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur maiestas. Ante condiderat solus apud nos, quod equidẽ inueni, Pompeius, Lenæus, Magni Pompei libertus, quo primum tempore hanc scientiam ad nostros peruenisse animaduerto.

A

C **q** Mithridates, maximus sua ætate regum, quem debellauit Pompeius, omnium ante se genitorum diligentissimus uitæ fuisse, argumentis præterq̃ fama intelligitur. Vni ei excogitatum, quotidie uenenum bibere, præsumptis remedijs, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidoti, ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumâr, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis, quoniam ueneno uiuerent. Ad illum Asclepiadis medendi arte clari, uolumina composita extant, cum sollicitatus ex urbe Roma, præcepta pro se mitteret. Illum solum mortalium Mithridaten. 22. linguis locutum certum est: nec de subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. 56. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenij magnitudine medicinæ peculiariter curiosus, ab hominibus subiectis, qui fuere pars magna terrarum, singula exquirens, scrinium commentationum harum & exemplaria, effectusq̃ in arcanis suis reliquit. Pompeius autem omni regia præda potitus, transferre ea sermone nostro libertum suum Lenæum, grammaticæ artis doctissimum, iussit: uitæq̃ ita profuit non minus q̃ reipublicæ uictoria illa. Præter hos Græci autores medicinæ pro didere, quos suis locis diximus. Ex his Euax rex Arabum, qui de simplicium effectibus ad Nerone[m] scripsit: Crateias, Dionysius, Metrodorus rone blandissima, sed qua nihil pene aliud q̃ rei difficultas intelligatur. Pinxere namq̃ effigies herbarû, atq̃ subscribere effectus. Verum & pictura fallax est ex coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ: multumq̃ de generat transcribentium fors uaria. Præterea parum est singulas earum ætates pingi, cum quadripartitis uarietatibus anni faciem mutant. Quare cæteri sermone eas tradidere. Aliqui effigie quidem indicata, & nudis quidem plerumq̃ nominibus defuncti: quoniam satis uidebatur, potestates uimq̃ demonstrare querere uolentibus. Nec est difficile cognitu. Nobis certe, exceptis admodum paucis, contigit reliquas contemplari scientia Antonij Castoris, cui summa autoritas erat in ea arte nostro æuo, uisendo hortulo eius in quo plurimas alebat: centesimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria, aut uigore concussis. Nec aliud mirata magis antiquitas reperietur. Inuenta iam pridem ratio est prænuncians horas, non modo dies ac noctes, solis lunæq̃ defectum. Durat tamen tradita persuasio in magna parte uulgi, ueneficijs & herbis id cogit: in eo namq̃ foeminarum scientiam præualere. Certe quid non repleuere fabulis Colchis Medea, aliæq̃, in primisq̃ Italica Circe, dijs etiã adscripta? Vnde arbitror natum, ut Aeschylus e uetustissimis in poetica re, refertam Italiæ herbarum potentia proderet. Multiq̃ Circeios agros, ubi habitauit illa, in magno argumento etiamnum durante in Maris, a filio eius orta genere, quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit, tum etiam cum rigaretur Aegyptus illa: non autem esset, postea fluminis limo inuecta. Herbas certe Aegyptias a regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud Nepenthes, obliuionem tristitiæ ueniamq̃ asserens, & ab Helena utiq̃ omnibus mortalibus propinandum. Primus autem omnium quos memoria nouit, Orpheus de his herbis curiosius aliqua prodidit. Post eum Musæus & Hesiodus Polion herbam in quantum mirati sunt, diximus. Orpheus & Hesiodus suffitiones commendauere. H O M E R V S & alias nominatim herbas celebrat, quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia, primus uolumen de earum effectu composuit: Apollini, Aesculapioq̃, & in totum dijs immortalibus inuentione & origine assignata: composuit & D E M O C R I T V S, ambo peragratis Persidis, Arabiæ, Aethiopiæ, Aegyptiq̃ magis. Adeoq̃ ad hæc attonita antiquitas fuit, ut affirmaret etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarum autor, in prima earum tradidit, occisum draconis catulum reuocatum ad uitam a parente herba, quam Balin nominat: eademq̃ Tillonem, quem draco occiderat, restitutum saluti. Et luba in Arabia herba reuocatum ad uitam hominem tradit. Dixit Democritus, credidit Theophrastus, esse herbam, cuius contactu illatae ab alite quam retulimus, exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus. Quæ etiam si fide carent, admirationem tamen implent: coguntq̃ confiteri multum esse, quod uero supersit. Inde & plærosq̃ uideo existimare, nihil non herbarû ui effici posse, sed plurimarum uires esse incognitas, Quarum numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferunt dictum, quasdam etiam fortassis calcatas prodesse. Obseruatum certe est, inflammari uulnera ac morbos superuentu eorum, qui pedibus iter confecerint. Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. Sed quare nunc non plures nascuntur causæ? Nisi quod eas agrestes, literarumq̃ ignari experiuntur, utpote qui soli inter illas uiuant. Præterea securitas quærendi, obuia medicorum turba. Multis etiam inuentis nomina desunt, sicut illi quam retulimus in frugum cura, scimusq̃ defossam in angulis segetis præstare, ne qua auis intret. Turpissima causa raritatis, quod etiam qui sciunt, demonstrare nolunt, tanquam ipsis perituum sit quod tradiderint alijs. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiam in repertis, alias inuenit causas, alias (ut uere dixerim) deus, Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi

Mithridates.

Euax.

»

»

»

»

Antonius
Castor.

D

Homerus.

Incredibilis
Herbarum
uis.

»

»

»

A P P E N D I X

canis morsus, pauorem aquæ, potusq; omnis afferens odium. Nuper cuiusdam militantis in prætorio mater uidit in quiete, ut radicem syluestris rosæ, quam cynorhodon uocant, eblanditam sibi aspectu pridie in fruteto, mitteret filio bibendam in lacte (in Lusitania res gerebatur, Hispaniæ proxima parte) casuq; accidit, ut milite a morsu canis incipiente aquas expauescere, superueniret epistola orantis ut pareret religioni; seruatuseq; est ex insperato: & postea quisquis auxilium simile tentauit. Alias apud autores cynorhodi una medicina erat, spongiolæ, quæ in medijs spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cognoui in agro hospitis nuper ibi repertum dracunculum appellatum, caulem pollicari crassitudine, uersicoloribus uiperarum maculis, quem ferebant contra omnium morsus esse remedium. Alius est quem nos in priori uolumine eiusdem nominis diximus, sed huic alia figura, aliudq; miraculum exeuntis e terra ad primas serpētium uernationes bipedali fere altitudine, rursusq; cum iisdem in terram se condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens, uel hoc per se satis officioso naturæ munere, si tantum præmoneret, tempusq; formidinis demonstraret.

A
Cynorhodos

Dracunculus

¶ Alia herbarum laus, ex eodem Plinio libro uicesimo septimo, capite primo.

CR E S C I T A P V D me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis: quæ toque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare prisorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc modo posset uideri etiam rerum naturæ ipsius munificētia, si humani operis esset inuentio. Nunc uero deorū fuisse eā apparet, aut certe diuinam, etiam cum homo inuenerit: eandemq; omnium parentem genuisse hæc & ostendisse, nullo uitæ miraculo maiore, si uerum fateri uolumus. Scythicam herbam a Mæotidis paludibus, & euphorbiam e monte Atlante, ultraq; Herculis columnas, & ipso rerum naturæ defectu, parte alia britannicam ex oceanis insulis extra terras positis: itemque æthiopidem ab exusto sideribus axe, alias præterea aliunde ultro citroq; humanæ saluti in toto orbe terrarum portari, immensa Romanæ pacis maiestate, non homines modo diuersis inter se terris gentibusq; uerum etiam montes, & excedentia in nubibus iuga, pastusq; pecorum & herbæ quoq; inuicem ostentant. Aeternum queso deorum sit munus istud. Adeo Romanos, uelut alteram lucem, dedisse rebus humanis uidentur.

¶ De LAUDE AGRICULTURÆ EX MARCO CATONE

B

T O N E initio operis sui.

ES T I N T E R D V M præstare populo, mercaturis rem querere, ni tam periculosum fiet, & item fœnerari, si tam honestum fiet: maiores enim nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt, furem duplici condemnari, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorē ciuem existimarunt fœneratorem, q̄ furem, hinc licet existimari. Et uirum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumq; colonum, amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem strenuum, studiosumq; rei querendæ existimo, uerum, ut supra dixi, periculosum, & calamitosum. At ex agricolis, & uiri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, maximeq; pius quæstus, stabilissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus, minimeq; male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt.

¶ Quod antiquis maximum studium Agriculturæ fuerit, & de hortorū singulari diligentia, ex Plinio libro, 18. capite primo.

SE Q V I T V R natura frugū hortorumq; ac florū, quæque alia præter arbores aut frutices benigna tellure proueniunt, uel per se tantum herbarum immensa contemplatione, si quis æstimet uarietatem, numerum, flores, odores, coloresq;, & succos ac uires earum, quas salutis aut uoluptatis hominum gratia gignit: qua in parte primum omnium patrocinari terræ, & adesse cunctorum parenti iuuat, quanq̄ inter initia operis defensæ. Quoniam tamē ipsa materia intus accendit ad reputationem eiusdem parientis & noxia, nostris eam criminibus urgemus, culpamq; nostram illi imputamus. Genuit uenena, sed quis inuenit illa præter hominem: Cauere ac refugere alitibus ferisq; satis est. Atq; cum in arbores exacuant limentq; cornua elephanti, & duro saxo rhinoceros, & utroq; apri dentium sicas, sciantq; ad nocendum se præparare animalia, quod tamen eorum tela sua excepto homine uenenis tingit: Nos & sa-

C gittas unguis, & ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos & flumina inficimus & rerum naturæ elementa. Ipsum quoque quo uiuitur aerem in perniciem uertimus. Neque est ut putemus ignorari ab ea animalibus, quæ quidem quæ præpararent contra serpentium dimicationem, quæ post prælium ad medendum excogitarent indicauimus. Nec ab ullo præter hominem ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne his quidem quæ nascuntur contenti: etenim quando plura earum genera humana manu fiunt. Quid? non & homines quidem ad uenena nascuntur? Attra hominum ceu serpentium lingua uibrat, tabesque animi contrectata adurit culpantium omnia, ac dirarum alitum modo, tenebris quoque & ipsarum noctium quies inuidentium gemitu (quæ sola uox eorum est) ut inauspicatarum animantium uice obuñ quoque uetent agere, aut prodesse uita. Nec ullum aliud abominati spiritus præmium nouere, quæ odisse omnia. Verum & in hoc eadem naturæ maiestas tanto plures bonos genuit ac frugi, quanto fertilior in his quæ iuuant aluntque: quorum æstimatione & gaudio nos quoque, relictis æstuatione suæ istis hominum turbis, pergamus excolere uitam: eoque constantius, quo operæ nobis maior quæ famæ gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est, agrestisque usus, sed quibus uita honosque apud priscos maximus fuerit.

¶ De his qui in agri & hortorum cura Romanæ illustres fuerunt, ex Plinij libro decimo octauo, capite

tertio.

QUAE NAM ergo tantæ hubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (ut fas est credere) gaudente terra uomere laureato, & triumphali aratore, siue illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eademque diligentia arua disponebant, qua castra, siue honestis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curiosius fiunt. Serentem inuenerunt dati honores Serranum, unde cognomen. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato uiator attulit dicituram, & quidem (ut tradit Norbanus) nudo plenoque pulueris etiamnum ore. Cui uiator, Vela corpus, inquit, ut proferam senatus populique Romani mandata. Tales tum etiam uiatores erant, quibus id ipsum nomen inditum est, subinde ex agris senatum ducesque accersentibus. At nunc eadem illa uincti pedes, damnatae manus, inscripti uultus exercent: non tamen surda tellure, quæ parens appellatur, colique dicitur & ipsa, honore hinc assumpto, ut nunc inuita ea, & indigne ferente credatur id fieri. Sed nos miramur erga stulorum non eadem emolumenta esse quæ fuerunt Imperatorum. Igitur de cultura agri præcipere principale fuit & apud externos. Siquidem & reges fecere Hieron, Philometor, Attalus, Archelaus: & duces Xenophon, & Pœnus etiam Maggo: cui quidem tantum honorem senatus noster attribuit Carthagine capta, ut cum regulis Africae bibliothecas donaret, unius eius duodeviginti uolumina censeret in latinam linguam transferenda, cum M. Cato præcepta condidisset, peritisque lingue Punice dandum negocium: in quo præcessit omnis uir tum clarissimæ familiae D. Syllanus, sapientiae compositissime. Quos sequeremur prætexuimus in hoc uolumine, non ingratis nominando M. Varronem, qui octogessimum primum uitæ annum agens, de ea re prodendum putauit.

¶ Laus Agricolarum, & quæ obseruanda in agro parando, ex Plinij lib. 18. ca-

pite quinto.

FORTISSIMI uiri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes. Prædium ne cupide emas. In re rustica operi ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emptum est, semper poenitet. Agrum paraturos, ante omnia intueri oportet aquarum uim, & uicinum. Singula magnas interpretationes habent, nec dubias. Cato in cõterminis hoc amplius æstimari iubet, quo pacto niteant. In bona est, inquit, regione bene nitere. Attilius Regulus ille Punico bello bis cõsul, aiebat, neque foetidissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effœtis saluberrimum. Salubritas loci non semper incolarum colore degitur, quoniam assueti in pestilentibus durat. Præterea sunt quædam partibus anni salubria: nihil autem salutare est, nisi quod toto anno salubre. Malus est ager, cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet, num solum sua uirtute ualeat qua dictum est positione. Ut operariorum copia prope sit, oppidumque ualidum: Ut nauigiorum euectus uel itinerum: Ut bene ædificatus & cultus. In quo falli plerisque uideo. Segnicem enim prioris domini pro emptore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaque Cato, de bono domino melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam: agroque ut homini, quamuis quæstuosus

A P P E N D I X

fit, si tamen et sumptuosus, non multum superesse. Ille in agro questuosissimam iudicat uitem: non frustra, quoniam ante omnia de impense ratione cauit. Proxime hortos irriguos: nec id falso, si & sub oppido sint. Et prata, quæ antiqui parata dixerunt. Idemque Cato interrogatus, quis esset certissimus questus: respondit: Si bene pascat. Quis proximus: si mediocriter pascat. Summa omnium in hoc spectando fuit, ut fructus is maxime probaretur, qui cæminimo impendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. Eodemque pertinet, quod agricolam uendacem oportere esse dixit. Fundum in adolescentia conferendum sine cunctatione, ædificandum non nisi consito agro. Tunc quoque cunctanter, optimumque est (ut uulgo dixerunt) aliena insania frui, sed ita, ut uillarum tutela non sit oneri. Eum tamen qui bene habitat, sæpius uentitare in agrum: fontemque domini plus prodesse quam occipitium, non mentiuntur.

¶ De hortorum cura, doctrina alia, ex
Plinio libro decimonono, ca-
pite quarto.

A **B** **H** **I** **S** superest reuertí ad hortorum curam, & suapte natura memorandam. Et quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quam & Hesperidum hortos, ac regum Adonis & Alcinoi, itemque pensiles, siue illos Semiramis, siue Assyriæ rex Cyrus fecerit, de quorum opere alio uolumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam superbus Tarquinius nuncium illum sæuum atque sanguinarium remisit ex horto. In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur uilla, semper in significatione ea hortus: in horti uero hæredium. Quam rem comitata est & religio quædam: hortosque & fores tantum contra inuidentium fascino-nes dicari uidemus. In remedio saturnica signa, quanquam hortos tutelæ Veneris assignante Plauto. Iam quidam hortorum nomine in ipsa urbe delicias, agros, uillasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus, hortorum magister. Usque ad eum, moris non fuerat in oppidis haberi rura. Romæ quidem per se hortus ager pauperis erat. Ex horto plebi macellum, quanto innocentiore uictu. Mergi enim credo in profunda satius est, & ostrearum genera naufragio exquiri: aues ultra Phasidæ amnem peti, & fabuloso quidem terrore tutas, imo sic preciosiores. Alias in Numidia atque Aethiopia in sepulchris aucupari, aut pugnare cum feris, mandata ab eo cupientem quod mandat alius. At hercle, quam uilia hæc, quam parata uoluptati satietati, nisi eadem quæ ubique indignatio occurreret? Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro, pauperibus interdicta: inueterari uina, fassisque castrari: nec cuiquam adeo longam esse uitam, ut non ante se genita potet. Et frugibus quoque quoddam alimentum excogitasse luxuriam, ac medullam tantum earum, superque pistrinarum operibus & cælaturis uiuere, alios pane procerum, alios uulgi, tot generibus usque ad infimam plebem descendente annonæ. Etiamne in herbis discrimen inuentum est? Opesque differentiam fecere in cibo, etiam uano asse uenali. Et in his aliqua quoque sibi nasci tribus negant, caule intantum saginato, ut pauperis mensa non capiat. Syluestres fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim. Ecce altilles spectantur asparagi. Et Rauenna ternis libris rependit. Heu prodigia uentris. Mirum esset non licere carduis pecori uesci, non licet plebi. Aquæ quoque separantur. Et ipsa naturæ elementa ui pecuniæ discreta sunt. Hi niues, illi glaciem potant, pœnasque montium in uoluptatem gula uertunt. Seruatur algor æstibus, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algeat. Decoquunt alias, quas mox & illas hyemant. Nihil itaque homini sic, quomodo rerum naturæ placet. Etiamne herba aliqua diuitijs tantum nascitur? Nemo sacros, Auentinosque montes, & iratæ plebis secessus circumspexerit? Mors enim certe æquabit quos pecunia superauerit. Itaque hercle, nullum macelli uectigal maius fuit **R O M A E** clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis huius: compertumque, non aliter questuosius censum haberi aut tutius, ac minore fortunæ iure, cum credatur pensio ea pauperum. Is in solo sponsor est, & sub die redditus, superficiesque cælo quocumque gaudens. Hortorum **C A T O** prædicat caules. Hinc primum agricolæ existimabantur prisca, & sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matrem familias (etenim hæc cura foemina dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Quippe e carnario aut macello uiuendum est, nec caules ut nunc maxime probabant, damnantes pulmentaria quæ egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam carnis desyderia etiam erant in exprobratione. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno. Expedita res & parata semper, unde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, & quæ minime accenderent ad desyderium panis. Pars eorum ad condimenta pertinens, fatetur domi uersutam fieri solitam, atque non Indicum piper questitum, quæque transmariâ petimus. Iam quoque in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbebant, antequam præfigi prospectus

C omnis coegit multitudinis innumere, saeva latrocinatio. Quamobrem sit aliquis & hls honos, neue autoritatem rebus uilitas adimat, cum praesertim etiam cognomina procerum inde nata uideamus, Lactucinosque in Valeria familia non puduisse appellari: & contingat aliqua gratia operi curaque nostrae: Virgilio quoque confesso, quod sit difficile uerborum honorem tam paruis perhibere. Hortos uillae iungendos non est dubium, riguosque maxime habendos, si contingat profluamne. Si minus, e puteo pertica, organisue pneumaticis, uel rollenonum haustu rigandos. Solum proscindendum a fauonio, in autumnum praeparandum est post quatuordecim dies, iterandumque ante brumam. Octo iugerum operis palari iustum est. Fimum tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui, easque resupinis puluorum toris ambiri singulis tramitum sulcis, qua detur accessus homini, scatebrisque decursus.

In his hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroque, alia semine, alia cortice, alia cute, aut cartilagine, alia carne, alia tunicis carnosis. Aliorum fructus in terra est, aliorum & extra; aliorum non nisi extra. Quaedam iacent crescuntque, ut cucurbitae & cucumis. Eadem & pendent, quamquam grauiora multo etiam his quae in arboribus gignuntur. Sed cucumis cartilagine. Cortex huic uni maturitate transit in lignum. Terra conduntur raphani, napique, & rapa, atque alio modo inulae, sifer, pastinacae. Quaedam uocabimus ferulaceae, ut anethum, maluas. Namque tradunt autores, in Arabia maluas septimo mense arborefcere, baculorum usum praebere ex tempore. Sed & arbor est malua in Mauritania Lixi oppidi aestuario, ubi Hesperidum horti fuisse produnt. 200. passuum ab oceano, iuxta delubrum Herculis, antiquis Gaditano, ut ferunt. Ipsa altitudinis pedes. 20. crassitudinis, quam circumplecti nemo possit. In simili genere habebitur & canabis. Nec non & carnosae aliqua appellabimus, ut spongas in humore pratorum enascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumque natura diximus, & alio genere tuberum paulo ante.

¶ Ratio rigandorum hortorum, & quae translata meliora fiant. Item de succis hortensiorum & saporibus, ex Plinij libro, 19, capite duodecimo.

D **H** I S H O R A E rigandi matutina atque uespera, ne inferuescat aqua sole. Ocimo tantum & meridiana etiam. Satum celerrime erumpere putant inter initia feruenti aqua aspersum. Omnia autem translata meliora grandioraque fiunt, maxime porri, napique. In translatione & medicina est, desinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium, lactucae, rapa, cucumis. Omnia autem syluestria fere sunt & folijs minora & caulibus, succo acriora: sicut cunila, origanum, ruta. Solummodo ex omnibus lapathum syluestre melius. Hoc insatium rumex uocatur, nasciturque fortissimum. Traditur semel satum durare, nec unquam uitari, terra maxime iuxta aquam. Vfus eius cum pitrisana tantum in cibis leuiorem gratioreque saporem praestat. Syluestre ad multa medicamenta utile est. Adeoque nihil omisit cura, ut carmine quoque comprehensum repererim, in fabis caprini fimi singulis cauatis, si porri, erucae, lactucae, apij, intubi, nasturtij semina inclusa serantur, mire prouenire. Quae sunt syluestria, eadem insatiuis sicciora intelliguntur & acutiora. Namque & succorum saporumque dicenda differentia est, uel maior in his quam pomis. Sunt autem acres cunilae, origani, nasturtij, sinapis. Amari, absinthij, centaureae. Aquatiles, cucumeris, cucurbitae, lactucae. Acuti tantum cunilae. Acuti & odorati, apij, anethi, foeniculi. Salsus tantum e saporibus non nascitur, alioquin extra insidit pulueris modo, & circulis tantum aquae, ut intelligatur uana, ceu plerumque uitae persuasio. Panax Piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris, murrha myrrhae. De panace abunde dictum est. Libanotis locis putridis & macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatris, nihil a thure differentem. Vfus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Et smyrnium olus seritur huiusdem locis, myrrhamque radice respicit. Eadem & siliquaastro satio. Reliqua a caeteris odore & sapore differunt, ut anethum. Tantaque est diuersitas atque uis, ut non solum aliud alio mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio eximi in coctis obsonijs aceto, in eodem cellario in fassis odorem uino grauem. Et haec hortenstia dicta sint, ciborum gratia duntaxat. Maximum quidem opus in huiusdem naturae restat, quoniam prouentus tantum adhuc, summasque quasdam tractauimus. Vera autem cuiusque natura non nisi medico effectu praenosci potest, opus ingens occultumque diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius. Ne singulis id rebus contexeremus iusta fecit ratio, cum ad alios medendi desideria pertinerent, longius utriusque dilationibus futuris si miscuissemus. Nunc suis quaeque partibus constabunt, poteruntque a uolentibus iungi.

¶ De morbis hortorum, & remedijs circa for-
micas, & culices, ex Plinio lib. 19.

A

capite decimo.

MORBOS HORTENSIA quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sa-
ra. Namque & Ocimum se necat, degeneratque rite in serpyllum, & sisymbrium in calamintam.
Et ex semine brassicæ ueteris, rapæ fiunt. Atque inuicem enecatur cyminum ab imo dorso, nisi re-
purgetur. Est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens. Alias pri-
uatim cymini morbus, scabies. Et ocimum sub canis ortu pallefcit. Omnia uero accessu mulie-
ris menstrualis flauescunt. Bestiolarum quoque genera innascuntur. Napis culices, raphano e-
rucæ, & uermiculi. Item lactucis & oleri. Vtrisque hoc amplius, limaces & cochleæ. Porro uero
pauatim animalia quæ facillime stercore iniecto capiuntur, condentia in id se. Ferro quoque non
expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum, autor est Sabinus Tiro in libro cepuricon,
quem Moxcenati dicauit. Item contra formicas non minimum hortorum exitium, si non sint ri-
gui, remedium monstrauit, limo marino, aut cinere obturatis earum foraminibus. Sed effica-
cissime heliotropio herba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis pu-
tant. Naporum medicinæ sunt, siliquas una feri, sicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ si
omisso iam natæ sint, remedium absinthij succus decocti inspersus & sedi, quæ aizoum uocât,
genus hoc herbæ diximus. Semen olerum si succo eius madefactum seratur, olera nulli anima-
lium obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas, si palo imponantur in hortis
ossa capitis ex equino genere foeminae duntaxat. Aduersus erucas & cancrum flu-
uiatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis
uirgis tangant ea, quæ nolunt his obnoxia esse. Infestant & culices
hortos, riguos præcipue, si sunt arbusculæ aliquæ.

Sabinus
Tiro.

Hi galbano accenso fugantur.

¶ De qualitatibus Herbarum uestigandis ex colore,
odore, & succis, ex Plinij libro. 21.

capite septimo.

TROIANIS temporibus ei iam erat honos. Et hos certe flores Homerus treis
laudat, loton, crocon, hiacynthum. Omnium autem odoramentorum, atque adeo herbarum
differentia est in colore, & odore, & succo. Odorato sapor raro ulli non amarus, e contrario
dulcia raro odorata: itaque & uina odoratiora mustis, syluestria magis omnia satiuis. Quorum
dam odor suauior e longinquo est, propius admotus hebetatur, ut uiolæ. Rosa recens a lon-
ginquo olet, sicca propius. Omnis autem uerno tempore acrior, & matutinis. Quicquid ad
meridianas horas diei uergit, hebetatur. Nouella quoque uetustis minus odorata. Acerrimus
tamen odor omnium æstate media. Rosa & crocum odoratiora, cum serenis diebus leguntur:
& omnia in calidis magis quam in frigidis. In Aegypto tamen minime odorati flores, quia nebulo-
sus & roscidus aer est a Nilo flumine. Quorundam suauitati grauitas inest. Quædam cum ui-
rent non olent, propter humorem nimium: ut buceros, quod est foenum græcum. Acutus o-
dor non omnium sine succo est, ut uiolæ, rosæ, croco. Quæ uero ex acutis succo carent, eorum
